

1669.

16. Hunderbagen, Joh. Christophorus: De sanguine stat.  
bestis ex cadavere hominis occisi et praeser.  
sua homicidae.
- 17<sup>1. & 2.</sup> Krauss, Petrus Pomeranus: De jure fenestrarum  
2 exempl. ~~1730~~ 1730 & 1740
18. Krauss, Petrus Pomeranus: De emptio et venditio.
19. Krauss, Petrus Pomeranus: De regali salo  
conductus.
20. Linck, Hieronymus: De sequestratione.
21. Linck, Hieronymus: De parte humana, legitima  
et illegitima.
- 22<sup>1. & 2.</sup> Linck, Hieronymus: De incendiis. 2 exempl.
23. Linck, Hieronymus: De transactionibus.
24. Linck, Hieronymus: De cautionibus in iudicio  
praesentibus.

1669.

25. Nicolai, Jo. Fredericus: De characteribus perfecti  
politici ex universalis Aristotelis politica col-  
lectio.
26. Nicolai, Jo. Fredericus: De minimis et maximis  
civitatis contra sortis politici.
27. Nicolai, Jo. Fredericus: De autoritate  
legum humanarum.
28. Richter, Christophorus Philippus: De regali tribu-  
tura jure.
29. Richter, Christophorus Philippus: De modo ex  
aquo et bono contribuendi jacta.
30. Richter, Christophorus Philippus: De legali dotium hypotheca.
31. Richter, Christophorus Philippus: De possessione
32. Richter, Christophorus Philippus: De desertione  
litis civilis

Li  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100



166,

25.

26.

27.

28.

29.

30.

31.

32





DEC TRIUNO AUXILIANTE!

DE

CAUTIONIBUS  
IN JUDICIO  
PRÆSTANDIS,

Von

Gerichtlichen Vorstandt /

Permissu

Magnificæ Facultatis Juridicæ

in alma Salana,

PRÆSIDE

DN. HEINRICO Linck / U.J.D.

Præceptore ac Fautore suo honoratissimo,

*Placide Eruditorum Examini*

DISPUTATIONEM HANC PUBLICAM

*in Acroaterio Actorum*

*ad diem V. Junii Anno M. DC. LXIX.*

*horis consuetis*

exhibet

GEORGIUS Wiegner / Jun. Dresd. Misn.

Autor & Respondens.

J E N Æ,

TYPIB SAMUELIS KREBSII.

22

DE TITULO ANTIQVARIETATIS  
 IN ILLIIS  
 PRAESTANDIS  
 GEORGII BRUNNII  
 Magnifico Facultatis Juridicae  
 in Alma Matre  
 PRAESTANDIS  
 D. HENRICO BRUNNIO  
 Praeceptoris de Facultate Juridica  
 Disputationem hanc publicam  
 in Academia  
 ad diem V. Junii anni M. DC. LXX.  
 habendam  
 GEORGII BRUNNII  
 Auctoris & Respondentis  
 J. V. M. A. N. S. P. R. E. S. S. I. I.





## PROOEMIUM.

**A**N Christianis salvâ conscientia licitum sit  
Judicia exercere? hactenus ab Anabapti-  
stis in dubium vocatum est; Illi siquidem  
omnia Judicia & tribunalia secularia ever-  
tunt, autoritate juris divini se defenden-  
tes, & argumenta *ex Mattb. 6. v. 14. Rom.*

*12. v. 5. Ebr. 13. v. 4. desumentes: Verùm illa diluunt Amef.*  
*5. de Conscient. 54. qu. 2. aliique à Wissenbach. ad ff. p. 1.*  
*Disp. 16. tb. 3. allegati Autores. Rectissimè sanè! Judicia*  
namque, quæ legitimum præsidium atque Juris publici  
tutela in legibus nostris dicuntur, DEI ordinationem a-  
deoque licita & necessaria esse, ex variis Sacræ Scripturæ  
textibus sufficienter liquet. Vid. *Exod. 18. v. 13. seqq. Deut. 1.*  
*v. 9. seqq. 1. Reg. 3. v. 16. seqq. Rom. 13. v. 4. Add. Divus Lu-*  
*therus in exposit. Evangel. Dom. 23. Trin. ubi dicit: Wer sein*  
*Recht durch ordentliche Mittel und Wege erhalten kan /*  
*der thut daran nicht unrecht / den Gericht und Gerechte*  
*seynd von Gott selbst geordnet / daß man es suchen und*  
*brauchen soll. Quid enim honestius & ad quietem homi-*  
num conducibilis est, quàm ab eo, cujus nihil interest,  
rem controversam cognosci? ne quis in causa propria sibi  
jus dicat, neve homines singuli, nimium saepe amantes  
sui, quod jus putent, manu propria exsequantur; frequen-  
tissimum siquidem est, ut de recta applicatione legum ad

A 2

facta



facta specialia controversiæ exoriantur, ubi, priusquam ab altero quid jure postulari possit, omninò constare debet, utrius controvertentis intentio legibus congruat. Ejus verò rei definiendæ facultatem neutra pars litigantium sibi vindicare potest. Licet enim alteruter in propriam causam seriò inquirere & candidum judicium ferre velit, alter tamen eo stare non tenetur, quia tanquam inter æquales nulla ratio reddi potest, quare hic potius illius, quàm ille hujus sententiam sequi debeat, ac semper quilibet sibi plus, quàm alteri favere judicabitur. Necessum igitur est, utrumque de re quâpiam ambigentium in tertium aliquem, judicem scil. consentire, cujus sententiam sequantur. Dn. Pufend. *in Elem. Jurispr. lib. 2. obs. 4. n. 31.* Adeoque laudabili huic instituto Judiciorum obsequendum esse, ipsa æquitas & ratio naturalis suadet. Grot. *de Jur. Bell. & Pac. lib. 1. c. 3. n. 1.* Propterea enim, secundum Regem Theodoricum *apud Cas. lib. 4. variar. Epist. 4.* legum reperta est sacra reverentia, ut nihil manu, nihil proprio ageretur impulsu. Accedunt textus Juris Civ. & Canon. *l. 13. ff. quod met. caus. l. 176. ff. de R. J. Nov. 6. pr. c. quasitum 45. c. 23. qu. 4.* Ex quibus omnibus, Judicia licita esse, satis evinci potest. Wissenb. *alleg. Diss. 16. th. 3.* Detestamur autem lites temerarias, injustas & per consequens non tam litigium & Judicium, quam impiam litigandi causam, pronumque ad jurgia & litigiosas contentiones animum cum Pet. Gregor. Tholosan. *lib. 47. Synt. Jur. Univers. c. 1. n. 6.* & Neviz. *lib. 6. Sylv. nupt. n. 8. seqq.* Quapropter non solum impii litigatores à Judicio plane repelluntur & pœna arbitraria coërcentur. B. Dn. Carpzov. *p. 1. C. 1. def. 9. n. 13.* Sed etiam ad Reip. & partium litigantium interesse & securitatem promovendam ordo saluberrimus proce-



procedendi & modus legitime cavendi præscriptus est, ne  
Judicia reddantur elusoria, inprimis si per alium instituta  
fuerint. *l. un. C. de satisd.* cum nemo alienæ litis idoneus  
defensor sine satisdatione esse queat. §. 1. *Inst. de satisd. l.*  
*46. §. 2. ff. de Procurat.* B. Ludvvel. *Exerc. 16. tb. 10. lit. E.* Et  
quamvis observantia hodierna illa, quæ circa cautiones  
Jure Civ. Roman. constituta, non æquè comprobet, quia  
tamen illius materiæ adhuc maxima utilitas est, ideò eam  
pro exercitio publico tractandam suscepimus, ita quidem,  
ut Benevolus Lector prius in genere, quidnam cautio sit  
& quomodo dividatur, postmodum verò in specie mo-  
dum Cautiois Judicialis, quæ tum ex parte actoris, tum  
ex parte rei, tum etiam ex parte Procuratoris præstanda  
venit, percipiat. Ad hoc autem, ut labor præsens eo feli-  
cius progrediatur, Sacrosanctam imploramus Trinitatem,  
velit conatui huic ex alto adesse & manum mentemque  
dirigere, ut illa, quæ proposituri sumus, in Nominis Divi-  
ni gloriam cedant.

## CAPUT I.

De

### Cautione in genere ejusque divisione.

Th. I.

**V**T more hætenus consuetò explicatio nominis  
ante rei tractatum proponatur, ad illustratio-  
nem quidem materiæ pertinere videtur; Inte-  
rim tamen cum unicuique, unde vocula Cauti-  
onis descendat, ex Lexicographis plus quàm notissimum

A 3

lit,

fit, operæ pretium non ducimus, ut ejusmodi etymologi-  
cis considerationibus inhæreamus. Varia & multiplex  
significatio majorem operam desiderare videtur: Et sicut  
verbum cavere varias in Jure nostro significationes assu-  
mit, ita quoque multiplicem significatum verbum Cauti-  
onis præsupponit.

Th. II.

Hinc videmus, Cautiois verbum non solum instru-  
menta, tabulas, Syngraphas, Chirographa. *l. 5. ff. fam. her-  
cisc. l. 40. ff. de reb. cred. l. pen. §. fin. ad L. Falcid. l. 27. ff.  
deposit.* Sed etiam apud Marcellum *in l. 24. ff. de pecun. con-  
stit.* epistolam significare. In constitutione Honor. &  
Theod. quæ *l. 11. C. de test.* exhibetur, pro providentia vel  
provisione accipitur, ut interpretatur ibidem Accursius,  
qui Cautiois nomine *in l. 1. §. 14. ff. de Cloac.* etiam actio-  
nem venire putat, sed an hoc textui consentaneum sit, ex-  
inde sufficienter patet. Add. Schnobel. *Disp. 19. ad ff. t. b. 11.*  
Magnif. Dn. Struv. *Jctus consummatiss. Hereditarius in  
Uhlstädt & Wenigen Jehna | Serenis. Principum Sax. Lin.  
Vin. Consil. Cameral. & Aulic. eminentissimus, quondam  
Præceptor ac Hospes, nunc verò Patronus meus summè vene-  
randus, in Synt. Jur. Civ. Exerc. 39. t. b. 14.* Aliàs quoque Cau-  
tio *in l. 5. §. 7. ff. de administr. & peric. tutor.* formulam &  
conceptionem verborum, interprete Guilielmo Budæo  
*in l. si sciente. 7. ff. ad L. Pompej. de Parricid.* vel jussum te-  
statoris denotare videtur.

Th. III.

Frequentius Cautiois verbo promissionem conti-  
neri Alciat. docet: Hinc & promissio dotis sub dote cauta,  
venit *in tit. C. de dote caut. non numer.* In specie verò pro-  
missionem talem denotat, cum pro eo, quod à nobis ali-  
quis

quis petiit, ipsi ita cavemus, ut hoc nomine securus reddatur, quem significatum vox Cautionis sive *ασφαλείας* in nostra materia praesupponit, & vel late sumitur, quatenus satisfactionem denotat, quae fit fidejussoribus vel etiam pignoribus. *l. 59. §. fin. mand.* dicitur aliàs cautela, ut *in l. 15. §. 1. de Procurat. l. 21. de Judic. l. 14. pr. ff. de pos. l. 6. de pign. act. & securitas. B. Hahn. ad Wesenb. tit. qui satisd. cogant. n. 2.* Vel strictè, quatenus nudam promissionem, non satisfactionem in specie sic dictam designat, nisi nominatim hoc scriptum inveniatur. *l. 3. C. de verb. signif. ibique Dn. Brunnem. Conf. latius de ambiguitate voculae Cautionis Wisenb. ad ff. p. 1. Disp. 7. d. 20. Vinn. ad tit. Inst. de satisd. pr. Dn. Hahn. cit. loc.*

#### Th. IV.

In latiori significatu describitur Cautio, quod sit satisfactio, per quam alium, adversarium sc. securum reddimus. Magn. Dn. Struv. *Synt. Jur. Civ. Exerc. 5. tb. 20.* Germanis dicitur: *eine Versicherung oder Vorstand.* Sicque definita in satisfactionem in specie sic dictam, pignoratitiam cautionem, & eam, quae per simplicem promissionem fit, distingui solet. *l. 188. §. 1. ff. de V. S. l. 4. §. 8. de fidei commiss. libert. l. 1. §. 9. de collat. bonor. Rubr. ff. qui satisd. cog. Treutl Vol. 1. Disp. 5. tb. 2. Magn. Dn. Struv. cit. loc. Add. Magnif Dn. Richter / Jctus & Ordinarius Facult. Jurid. hujus loci famigeratissimus, Doctor & Patronus meus omni observantia colendus, Vol 2. Cons. 204. n. 1. Magn. Dn. Strauch. Jctus Celebratissimus, Patronus atque Praceptor meus devotè honorandus, ad Jus Justinian. Diss. 24. apbor. 13.*

#### Th. V.

Satisfactio est Cautio, quae fit fidejussoribus, qui non tantum facultatibus, sed etiam conveniendi facilitate idonei

nei

neī sunt. *l. 2. pr. ff. qui satisd. cog. l. 7. ff. de prator. stipul.*  
Hinc quidam vel plane inhabiles sunt, tum ex generali,  
tum ex speciali causa, quales sunt foeminae propter SCtum  
Vellejanum. *l. 1. pr. l. 2. §. 1. ff. ad SCtum Vellej. l. 18. C. eod.*  
& milites. *l. 31. C. de locat. conduct. ibique Dn. Brunnem.*  
*l. 8. §. 1. ff. qui satisd. cog.* Quidam verò quoad conditio-  
nem personae habiles sunt, ab adversario tamen recusari  
possunt, quod ipsum non satis reddant securum, ut mino-  
res, pauperes & privilegium fori habentes. *d. l. 8. §. 1. l. 7.*  
*pr. eod. l. 1. si quis in jus voc. non ierit.* Harpr. *ad §. 2. Inst. de*  
*satisd. n. 6.* Hillig. *ad Donell. lib. 23. c. 9. lit. M. Zæf. in*  
*Com. ad ff. tit. qui satisd. cog. n. 8.* Magn. Dn. Struv. *Exerc.*  
*47. tb. 37.* Semper ergò is, à quo satisfactionem Lex vel Præ-  
tor exigit, fidejussoribus cavere tenetur, propter textum  
expressum *alleg. l. 7. ff. de prator. stipul.* Neque propterea  
hæc lex abrogata censi potest, quod hodie fidejussores  
non conveniantur, nisi excussio prius principali. Li-  
cet enim Excussionis sive Ordinis beneficium *Nov. 4. c. 1.*  
& *auth. presente. C. de fidejuss. introduxerit,* posteriores  
tamen constitutiones *Nov. scil. 53. c. 2. & 3. Nov. 112. c. 2.*  
luculenter adhuc docent, quod satisfactio non aliter, nisi  
fidejussoribus fieri possit. Treutl. *alleg. Disp. 5. tb. 2. ibique*  
*Bachov lit. A. Dn. Hahn. ad Wesenb. tit. qui satisd. cog. n. 4.*  
& *8.* ubi dubium hoc removet.

Th. VI.

Commodè hic quæstio non inelegans, aliàs inter Dd.  
controversa, resolvi potest, annon tunc, quoties vel lege  
vel edicto prætoris, aut singulari conventionem satisfactio  
exigitur, quis satisfaciat, si pignora offerat? Resp. negan-  
do, tum quod satisfactiones propter incertum atque inde-  
finitum quid exigantur, ubi pignora non sufficiunt, quia  
quæ



quæ & qualia deponenda sint sciri nequit, eademque multis casibus obnoxia tædiosam custodiam requirunt. Bachov. *ad Treutl. d. tb. 2.* Dn. Hahn *cit. loc.* tum etiam, quod in legibus nostris semper ad satisfactionem fidejussores requirantur, per *l. 1. qui satisd. cog. & alios tb. anteced. alleg. text.* Hinc satisdato & pignoribus cavere in *l. 4. §. 8. de fideicommiss. libert.* ut & cavere & satisfacere in *l. 6. ff. qui satisd. cog.* distincta sunt. Dissentiunt quidem communiter Dd. qui satisfactionem etiam pignoribus fieri posse putant, quos sequitur Schneidevv. *ad pr. Inst. de satisd. tutor. vel curat. n. 4.* Verum illorum dubia accuratè cum B. Ungep. *ad Inst. Exerc. 4. q. 12.* resolvit Magn. Dn. Struv. *Exerc. 5. tb. 21. in not.* Jung. Hillig. *ad Donell. d. lib. 23. c. 9. lit. O.* Magn. Dn. Strauch. *Dissert. ad Jus Justinian. 24. aphor. 13. in fin.* Nobiliss. Dn. Bechmann/ *Jctus famigeratissimus, Patronus atque Præceptor meus devotè colendus, ad ff. vol. 1. p. 1. Exerc. 6. n. 99. & seq.*

Th. VII.

Sed an is, qui ab initio fidejussorem idoneum dedit, si postea pauper fiat, alium surrogare debeat? itidem in controversiam hac occasione vocari potest. Communiter Interpretes, interque eos Hippol. de Marsil. *de fidejuss. n. 74.* Gomez *lib. 2. variar. resolut. c. 13. n. 7.* & alii in hac quæstione inter necessariam & voluntariam satisfactionem distinguunt, ita ut priori casu alius substituendus sit, non verò posteriori. Prius membrum distinctionis probant *ex l. 10. §. 1. in fin. qui satisd. cog.* quæ propter calamitatem fidejussoris aut inopiam medio tempore accidentem, causa cognita, ex integro vult satisfari. Add. *l. 4. ff. ut in possess. legat.* quæ dicit: æquum esse, si fidejussor decesserit, aut substantiam inopinato impetu amiserit, cautio-

B

nem

nem præstari. Ratio est, quod mens Prætoris sit eum reddere securum, cui satisfactio est præstita. *l. 1. ff. qui satisf. cog.* non autem securus erit, nisi duret satisfactio. *arg. l. 10. §. 6. ff. de in rem vers.* Posterius verò *ex l. 3. in fin. ff. de fidejuss.* ubi per non idoneum admissum satisfactum videtur, evincere conantur. Verùm quod *in d. l. 3.* proponitur procedit, si ab initio creditor pauperem receperit, tunc siquidem eum repudiare nequit, uti verba textus arguunt; Aliud est, si idoneus ab initio constitutus postea pauper fiat, nam tunc, etiamsi voluntaria satisfactio fuerit, alius surrogandus venit. *d. l. 10. §. 1. qui satisf. cog.* Sicut enim primo casu ex mente Prætoris non aliter habetur cautum, nisi cautum maneat; Ita & in hoc secundo ex paritate rationis & voluntate contrahentium idem servari debet. Vid. *Zoef. ad ff. tit. qui satisf. cog. n. 10.* Magn. Dn. Struv. *Exerc. 47. tb. 37.*

#### Th. VIII.

Cautio pignoratitia est, quæ per constitutionem pignorum fieri solet. *l. 1. §. 9. ff. de collat. l. 188. §. 1. de V. S.* De hac Cautione vulgata Juris regula extat: Quod melius sit pignoribus incumbere, quàm in personam agere. *§. 14. Inst. de oblig. quæ ex delict. nasc.* sc. debitoris, si pignora cum debitoris persona conferantur. Satius siquidem est & tutius, rem sibi habere devinctam, quàm contra debitorem agere, litisque periculo se subicere. *l. 25. ff. de R. J. l. 59. ff. de furt.* quia debitor nos fallere potest, labitur subinde facultatibus, sæpe foro cedit vel etiam creditum abjurat; Contra in pignore magna securitas est. Nam jus, quod in re consistit, quemcunque possessorem cum suo onere comitatur. *l. 2. C. de hereditar. act. ibiq.* Dn. Brunnem. Et huc alludit eleganter Martialis in hoc Epigrammate:

Cum



Cum rogo te nummos sine pignore, non habeo, inquis,

Idem si pro me spondet agellus, habes.

Quod mihi non credis veteri, Thelesine, sodali,

Credis collicolis arboribusque meis.

Non tamen propterea cum Everh. Bronchorst. *ad d. l. 25. ff. de R. J.* concludi potest, quod pignora etiam fidejussoribus præferenda sint; Plus siquidem cautionis in satisfactione est, si pignora cum fidejussoribus conferantur, prout latius deducit B. Dn. Ungep. *Exerc. 4. q. 12. Add. Magn. Dn. Struv. Exerc. 5. tb. 21. in not. & Nobiliss. Dn. Bechmann/ d. Exerc. 6. n. 101.*

#### Th. IX.

Promissio, quâ itidem cavetur, duplex est, vel juratoria, vel etiam nuda. *Vid. rubr. tit. qui satisd. cog.* Illa fit per juramentum, hæc verò per simplicem seu nudam stipulationem, & significari solet nomine Cautionis absolute in legibus positæ. *l. 3. C. de V. S. ibique Dn. Brunnem. l. 25. §. 1. l. 33. §. 3. C. de Episc. & Cleric. Magn. Dn. Struv. cit. Ex. & tb.* Venit etiam interdum nomine satisfactionis, si contentus nuda promissione fuerit ille, cui satisfactio debetur. *l. 61. ff. de V. S. quia volenti non fit injuria. l. 1. §. 5. ff. de injur. & sicut consentienti creditori aliud pro alio rectè solvitur. l. 2. §. 2. ff. de reb. cred. l. 16. C. de solution. Magnif. Dn. Struv. Exerc. 47. tb. 73.* Ita ei, cui satisfaciendum erat, volenti & consentienti repromittendo cavere licet. *d. l. 61. ibiq. Gædd. n. 3. Wissenb. ad ff. p. 1. Disp. 7. tb. 20.*

#### Th. X.

Denique Cautio hæcenus in genere considerata in judicalem & extrajudicalem dividi potest. Judicialis est, quâ in Judicio cavetur adversario, ut securus reddatur,

B 2

sive

sive causa civilis sive etiam criminalis sit. *l. 2. l. 3. & 4. ff. qui satisd. cog.* Marant. *in tract. de satisdat. n. 7.* Extrajudicialis est, quæ in aliis negotiis civilibus & extrajudicialibus præstanda venit. Missa extrajudiciali, judicialem in subsequentibus consideraturi sumus.

## CAPUT II.

De

### Modo Cautiois Judicialis.

Th I.

**P**ropositis iis, quæ ad meliorem intellectum hujus materiæ facere videntur, nunc in specie, quomodo Cautio Judicialis præstanda sit, considerandum erit. Et quidem ex speciebus Cautiois ad Cautioem Judicialem regulariter & ordinariè satisdationem, quæ per fidejussores fit, requiri, *l. 1. ff. qui satisd. cog.* docet. Quod rationibus confirmat Dn. Hahn. ad Wefenb. *tit. qui satisd. cog. n. 5.* Add. Magn. Dn. Struv. *Exerc. 5. tb. 22.* Fidejussores autem, uti jam antea *in cap. preced.* monitum, etiam hîc locupletes dari jubentur, qui tales sunt (1) quoad facultates, ut satis habeant in bonis pro magnitudine rei, quam actor postulavit. *l. 234. §. 1. ff. de V. S. l. 2. ff. qui satisd. cog.* Hinc vulgò requirunt, ut immobilia possideat fidejussor, quorum valor ad minimum summæ petitæ reive æstimatione æqualis sit, vel suspicionem fugæ excludat, quia propterea accipitur, ut eò meliùs sit cautum adversario. Sed de hoc requisito facultatum plenius tractat Hering. *de fidejuss. c. 8. n. 52. seqq.* jung. Perez. *ad Cod. de satisd. n. 2.* B. Dn. Carpz. *p. 1. Const. 5. def. 7. n. 4.* (2) quoad conveniendi facilitatem.

*d. l. 2.*

*d. l. 2. ff. qui satisd. cog.* Magnif. Dn. Strauch *Diss. 24 apbor.*  
23. Unde sint subjecti Jurisdictioni ejus, coram quo judi-  
cium exercetur, nisi caveant, fori præscriptione se non u-  
suros, ne aliàs causam adversario reddant difficiliorem.  
*l. 7. ff. qui satisd. cog.* Wesenbec. in Par. *ff. ad eund. tit.*  
*n. 7. Zoes. ibid. n. 8. B. Dn. Carpz. cit. loc. & in Process. tit. 9.*  
*art. 5. n. 19. seqq.* Add. Hillig. ad Donell. *lib. 23. c. 9. lit. M.*  
ubi plures personas ad satisdandum minus idoneas refert.  
Hinc, ne quid fraudis committatur, habilitas fidejussorum  
examini judicantis committitur, vel arbitri ad probandos  
fidejussores idonei constituuntur, qui si in alterutram  
partem iniquum judicium dixisse videbuntur, querela ad  
competentem Judicem per provocationem deferri potest.  
*l. 9. ff. qui satisd. cog.* Wesenb. *cit. loc.* Perez. *ad Cod. de*  
*princip. agent. in reb. n. 7.* Dn. Brunnem. *ibid. in fin.* Add.  
Magn. Dn. Struv. *Exerc. 8. th 96.*

Th. II.

Sed utrum plures fidejussores dandi sint, an verò  
unus sufficiat? disquiri potest. Sane quamvis pluraliter  
leges interdum fidejussores exigant. *l. 1. l. 9. cum seq. ff. qui*  
*satisd. cog.* tamen verius est, unum idoneum & locuple-  
tem sufficere. *l. 2. l. 3. l. 4. l. 5. §. 1. l. 7. eod.* Quod in civili-  
bus quidem, non autem in criminalibus Wesenb. *alleg. loc.*  
admittendum esse putat. Verùm non solum in civilibus,  
sed etiam in criminalibus unum locupletem fidejussorem  
sufficere, omninò existimamus, quia alleg. LL. unum ido-  
neum admittunt, neque ad numerum, sed ad cavendi mo-  
dum respectum habent. Accedit, quòd fidejussores re-  
quirantur favore partis, ut ei rectè consultum sit, at æque  
bene, si non rectiùs, cautum per unum. Præterea in cri-  
minalibus sponso non fit in alium finem, quàm ut, si v. g.

reus se non sistat vel etiam judicatum, pœnam scil. pecuniariam, non solvat, fidejussores eam pendant, qui finis etiam in uno locuplete obtineri potest. Dn. Hahn. *ad cit. tit. qui satisd. cog. n. 7.* Bachov. *ad Treutl. vol. 1. disp. 5. tb. 7. lit. J.* Hinc si quis idoneum fidejussorem oblatum recusaverit, injuriarum tenetur non solum illi, qui fidejussorem obtulit, cum non sit levis injuria, secundum processum Juris veteris, duci in jus eum, qui satis idoneum offert fidejussorem; Sed & fidejussori, qui non acceptus est, cujus hoc factò sugillatur existimatio apud bonos viros, penes quos ejus fortunæ minus habentur integræ. *l. 5. §. 1. ff. qui satisd. cog. Zœs. ad ff. eod. tit. n. 11.* Harpr. *ad §. 1. Inst. de injur. n. 25. & seqq.* Hillig. *ad Donell. lib. 23. c. 9. lit. N.*

Th. III.

Interim tamen non omnes idoneum fidejussorem præstare tenentur, excipiuntur siquidem personæ conjunctæ ac necessariæ, quarum reverentiæ hoc datum, ut qualiscunque fidejussor pro illis interveniens sit admittendus. *l. 2. §. 2. qui satisd. cog. l. 1. in jus voc. ut eant. Zœs. alleg. loc. n. 12.* Magn. Dn. Strauch. *Dissert. 24. aphor. 13.* Hinc qui ejusmodi fidejussorem, sciens necessitudinem, recusabat, in pœnam edicti, quinquaginta scil. aureorum, incidebat. *l. 2. ff. in jus voc. ut eant.* Add. Hering. *de fidejuss. c. 8. n. 90.* Zœs. *ad ff. tit. in jus voc. ut eant. n. 2.* Non autem conjunctio & necessitas hic illa intelligitur, quæ est inter reum satisdantem & fidejussorem, ut cum Gl. *ad l. 2. ff. in jus voc. ut eant.* Dd. veteres volunt, quasi sensus sit: qualemcunque fidejussorem admittendum esse, dummodo is sit ex necessariis seu cognatis ejus, qui in jus vocatus est; Sed necessariæ personæ hic sunt actor & reus, ita ut is, qui personam necessitudine sibi junctam in jus vocat, qualemcunque

que fidejussorem accipere teneatur, partim propter alleg.  
text. partim etiam, quod in jus vocans necessarias perso-  
nas, uti iisdem in jus vocando reverentiam præstare. *l. 13.*  
*ff. de in jus voc.* ita & cum iisdem satisfacere volentibus mi-  
tius agere, & qualemcunque fidejussorem admittere de-  
beat, quod honori talium personarum datum est. Vid. Co-  
ras. 4. *Miscell. 10. Zoes. alleg. loc. Wissenb. ad ff. p. 1. Disp. 7.*  
*d. 17. Dn. Hahn. ad Wesenb. tit. in jus voc. ut eant. Magn.*  
*Dn. Struv. Exerc. 5. tb. 23. Magn. Dn. Strauch d. 1. Add. Perez.*  
*ad Cod. tit. de satisd. n. 3. & Nobiliss. Dn. D. Nicol. Patronus*  
*meus observanter colendus, in Process. Jud. p. 1. c. 36. n. 15.*

Th. IV.

Et sic ordinariè & regulariter quoad jus civile Cau-  
tio judicialis per fidejussores præstanda venit. *Vid. Hillig.*  
*cit. lib. 23. c. 9. lit. O.* ubi cautionem quoque pignoratiti-  
am certis casibus admittit, (1) quando actor pignoribus  
contentus est. *arg. l. 61. ff. de V. S. & (2) quando fidejusso-*  
*res reperiri nequeunt, quæ sententia consuetudine præ-*  
*primis recepta est; Moribus siquidem in universum fere*  
*ista fidejussoribus satisfacendi necessitas scrupulosè non at-*  
*tenditur, ut docet Wesenb. in Paratit. ff. tit. qui satisd. cog.*  
*n. 7.* Quapropter in arbitrio Cautionem offerentis erit,  
utrum fidejussoribus, an pignoribus cavere velit, secun-  
dum *Gail. de Arrest. c. 3. n. 4. & seqq. Zang. de Except. p. 2.*  
*c. 21. n. 17. Add. Dn. Hahn. ad Wesenb. cit. tit. n. 4. & B. Dn.*  
*Carpz. p. 1. Const. 5. def. 7. it. in Process. tit. 9. art. 5. n. 18. &*  
*seqq.* ubi satisfactionem vel fidejussoribus vel etiam pi-  
gnoribus fieri posse, ex *Ord. Jud. Elect. Sax. tit. 13. verb:*  
*Solchen Vorstand mit Bürgen oder Pfanden nicht be-*  
*stellen / &c. deducit.* Pignora verò itidem sufficientia  
esse debent & idonea. *arg. l. 21. §. ult. ff. de const. pecun.*  
Dicun-

Dicuntur autem pignora sufficientia, non quæ ad valorem unius Wehrgeldi ascendunt, prout dispositum in Jure Sax. art. 5. lib. 2. Land R. Zobel. p. 1. diff. 10. n. 5 & 6. Moller. lib. 1. Semestr. 2. n. 2. sed quæ Judex pro qualitate & magnitudine causæ idonea arbitratus fuerit. Ordin. Judic. Elect. Sax. tit. 13. §. wie hoch aber einer &c. Magn. Dn. Richter, in Expos. Authent. ad Auth. Generaliter. C. de Episc. & Cler. n. 11. & 12. Veluti etiam valor bonorum immobilium ad relevandum Actorem ab onere Cautiois arbitrio Judicantis hodie committitur. Ordin. Judic. Elect. Sax. d. tit. 5. §. B. Dn. Carpz. d. Const. 5. def. 8. Dn. Nicol. in Process. Judic. p. 1. c. 36. n. 23.

Th. V.

Extraordinariè Cautio Judicialis per promissionem tum juratoriam, tum nudam & simplicem præstari solet. Ad juratoriam cautionem admittuntur (1) viri illustres. l. 17. pr. C. de dignitat. & spectabiles. l. 12. C. de prox. Sacror. Scrin. Perez ad Cod. tit. de dignit. n. 70. Dn. Brunnem. ad eund. tit. notab. 5. quin etiam magistratus. l. un. pr. C. ut omn. Jud. post administr. depos. &c. Dn. Hahn. ad tit. qui satisd. cog. n. 10. non verò nobiles, ut Bartol. ad cit. l. 17. C. de dignit. sentit, quem propterea Tiraq. de nobilit. c. 20. n. 189. notat. Vid. Hillig. ad Donell. cit. c. 9. lit. f. Indistinctè verò prædictæ personæ Cautioni juratoriæ committuntur, sive fidejussores habere possint sive non. Magn. Dn. Struv. Exerc. 5. th. 24. Magn. Dn. Strauch. Diss. 24. aphor. 14. Moribus nostris illud non amplius observari, sed fidejussores dandos esse, cessante dispositione l. 17. C. de dignit. testatur Jul. Clar. Recept. Sentent. §. fin. q. 46. sed hoc Dn. Hahn. cit. loc. ad mutationem juris inducendam sufficere non videtur, cum Clar. de usu Italiæ tantummodò loqua-



loquatur. Conf. Bachov. *ad Treutl. vol. 1. Disp. 5. th. 2.*  
*lit. B.*

Th. VI.

(2) Ad Cautionem Juratoriam ex necessitate qua-  
dam admittuntur pauperes, qui fidejussores idoneos in-  
venire non possunt. *Autb. Generaliter. C. de Episc. & Cler.*  
*Nov. 112. c. 2. Nov. 134. c. 9.* Nam quoties quis ex necessita-  
te cautionem præstare tenetur, admittitur ad juratoriam,  
si fidejussores reperire nequeat. Dn. Brunnem. *ad d. Autb.*  
*Generaliter. C. de Episc. & Cler. Gail. lib. 1. Obs. 148. n. 6.*  
*Hillig. alleg. c. 9. lit. J. Zœl. ad tit. qui satisd. cog. n. 7.* Ne  
quis à persecutione juris sui ob defectum cautionis desi-  
stere teneatur, cum tamen nemini jus suum detrahen-  
dum, nec justitia pauperi deneganda sit. *arg. §. 1. Inst. de*  
*J. & J. l. 10. ff. eod.* Quapropter talis exigenda cautio est,  
qualis præstari potest. *Zang. de Except. p. 2. c. 21. n. 24.* Non  
aliter tamen pauperes ad hanc cautionem admittuntur,  
quam si jurent (1) se nec pignora habere, nec fidejussores  
idoneos, quamvis summa adhibita diligentia, reperire  
potuisse. *d. Autb. Generaliter. C. de Episc. & Cler. Carpz.*  
*in Process. tit. 9. art. 5. n. 30. Zœl. cit. loc.* Quod hodie in  
foro Saxonico ita temperatum est, ut non nisi de creduli-  
tate jurare teneantur, quod nempe credant, se, licet ad-  
hibuerint diligentiam, non potuisse fidejussores reperire,  
daß sie nehmlich nicht so viel im Vermögen / gläuben auch  
nicht / daß Sie nach allem angewandten möglichen Fleiß  
den geforderten Vorstand mit Bürgen oder Pfanden be-  
stellen können / &c. Quam formulam approbat *Ordin. Ju-*  
*dic. Elect. Sax. tit. 13. §.* Da aber der Kläger Armuthshal-  
ber. B. Dn. Carpz. *p. 1. const. 5. def. 9. n. ult.* Magn. Dn. Struv.  
*d. Exerc. 5. tb. 24.* Et (2) vitæ integritate sint conspicui ac  
C proba-

probata existimationis. Gail. *d. obs. 148. n. 6.* Wesenb. *ad tit. qui satisd. cog. n. 10.* ibique Dn. Hahn. Magn. Dn. Struv. *cit. loc. Perez. ad Cod. tit. de Satisd.* ibique Dn. Euben. *in Not. lit. A.*

Th. VII.

Quapropter ad Cautionem hanc admitti nequit, qui antea cautionem suam juratam deseruit. Joh. Monach. *in Pract. p. 5. §. 3. n. 6. & 7.* Ayrer. *in Process. p. 1. c. 10. obs. 7. n. 5.* Nec is, qui ob perverfos mores & vitæ levitatem fidejussores invenire nequit. Hering. *de fidejuss. c. 18. n. 109. & seqq.* aut aliàs de fugâ suspectus est. Is enim Arresti potius nexu constringendus. Vid. Wesenb. *cit. loc. Harpr. ad §. 2 Inst. de satisd. n. 10.* vel res, de qua lis sequestranda est. *l. 7. §. ult. ff. qui satisd. cog.* Hering. *cit. loc.* Hillig. *ad Donell. lib. 23. c. 9 lit. J. in fin.* ibique plures allegati. Dn. Nicol. *in Process. Jud. p. 1. c. 36. n. 29.* Quis verò de fuga suspectus sit, arbitrio Judicis relinquendum erit. Hillig. *d. l.* Dissentit hic Dn. Brunnem. *ad Authent. Generaliter C. de Episc. & Cler.* qui & non bonæ famæ & existimationis actores, si justam litem moverunt & fidejussores nullos habere possunt, ad cautionem juratoriam admittendos esse putat, cum & his Jus reddendum sit. Cæterum de forma hujus Cautionis Juratoriae, aliisque requisitis, consulantur plures apud Hillig. *cit. loc.* alleg. Dd. interque eos Hering. *de fidejussor. d. c. 18.* Add. Magn. Dn. Richter *in Expos. Auth. Generaliter. C. de Episc. & Cler. n. 14.* ubi exhibet formulam in Curia Provinciali Jenensi præscriptam, & à vidua quadam die 7. Septembr. Anno 1643. præstitam, quæ talis est: Ich N. N. gelobe und schwere / daß ich so viel im Vermögen nicht habe / gläube auch / daß ich nach angerendeten möglichem Fleiß den gefoderten Vorstand mit Bürgen oder Pfanden

Pfanden nicht bestellen können/ so wahr mir G. D. G. helffe  
durch I. E. sum Christum unsern H. Erren/ Amen.

Th. VIII.

Nudam promissionem quod attinet, eam præstant  
(1) Clerici. *l. 25. §. 1. C. de Episc. & Cler. Nov. 123. c. 21. §. 2.*  
*Zœl. ad ff. tit. qui satisd. cog. n. 6. Hillig. ad Donell. cit. c. 9.*  
*lit. H. (2) nudæ promissioni committuntur possessores re-*  
*rum immobilium, satisdare siquidem non coguntur, qui*  
*res immobiles possident. l. 15. pr. & §. 1. ff. qui satisd. cog.*  
Ratio est, quod possidens immobilia non facilè sit latitu-  
rus aut discessurus; Et quamvis hoc fecerit, adversarius  
tamen in bonorum possessionem immitti potest. B. Dn.  
Hahn. *ad Wesenb. tit. qui satisd. cog. n. 11. Zœl. ibid. n. 5.*  
B. Dn. Carpzov. *p. 1. const. 5. def. 2. & hoc procedit sive*  
*bona sint allodialia, sive feudalialia. Dn. Nicol. in Proc. d. c.*  
*36. n. 7. Sufficit autem possidere bona immobilia vel in lo-*  
*co Judicii, vel in loco ejusdem Provinciæ seu territorii,*  
*quod diserte probatur per l. 7. §. 1. ff. qui satisd. cog. & con-*  
*firmatur per Const. Elect. 5. p. 1. in verb. Ob er gleich in de-*  
*nen Gerichten/ davor er geklagt / sonst nicht sâßhafftig.*  
Add. Hillig. *c. l. lit. G. & Dn. Hahn. d. n. 11. B. Dn. Carpz.*  
*ad d. Const. 5. def. 2. & 3. it. in Process. tit. 9. art. 5. n. 71. Sed*  
*quæritur, an possessor sua bona immobilia adhuc speciali-*  
*ter oppignorare teneatur? Ita quidem volunt Jason. ad*  
*l. 1. ff. qui satisd. cog. n. 10. & alii quamplures apud Hillig.*  
*lib. 23. c. 9. lit. J. alleg. Dd. Quod probat etiam Zang. p. 2.*  
*de Except. c. 21. n. 25. & B. Dn. Berlich. p. 1. concl. 20. n. 51.*  
Verùm cum *l. 15. ff. qui satisd. cog.* illam oppignorationem  
non urgeat, ac substantiæ credi *in l. fin. C. de princip. a-*  
*gent. in reb.* nihil aliud sit, quàm relevari possessores ob  
substantiam bonorum, ideò onere oppignorationis præ-

C 2

terea

terea gravari nequeunt. Hinc contrarium cum Schult.  
*obs. 17.* & Hillig *ad Donell. laudat. c. 9.* defendit B. Dn.  
Hahn. *ad Wesenb. d. tit. atque num.* Quæ sententia non  
solum moribus, testante Chilian. König. *in Process. c. 46.*  
recepta, sed etiam in terris Elect. Sax. verbis expressis con-  
firmata est, *per Const. s. p. 1. vers.* So soll er auch nicht ge-  
drungen werden / einige Gunst über die Güter von denen  
Gerichten darunter sie gelegen / zum Vorstand aufzus-  
bringen. Moller. *ad d. const. n. 5.* B. Dn. Carpz. *ibid. def. 4.*  
B. Dn. Berlich. *cit. concl. 20. n. 51.* Dn. Nicol. *d. c. 36. n. 8.*

Th. IX.

Aliter verò, quàm in materia possessionis, hic pos-  
sessor accipitur pro eo, qui scil. rem immobilem ita possi-  
det, ut per eam satis cautum sit, vel, uti interpretes expli-  
cant, qui Jure Domini possidet. Prætor namque in hac  
re promissione non nudam respexit possessionem per se  
consideratam, sed magis jus illud in re, propter quod quis  
possidet, & quatenus illud habile est, ut ab onere Cautio-  
nis relevare possit. Illud siquidem, in quo aliàs posses-  
sionis in se considerata essentia consistit, hoc præstare  
nequit. *Vid. B. Dn. Hahn. cit. tit. qui satisd. cog. n. 11.* E-  
runt ergo hic possessores non solum directi, sed etiam uti-  
les rerum Domini, quales sunt Vasallus, Emphyteuta &c.  
*Zang. de Except. p. 2. c. 21. n. 28. & seqq.* B. Dn. Berlich. *p. 1.*  
*Concl. 20. n. 32. & seqq.* Hillig. *ad Donell. sæpius alleg. c. 9.*  
*lit. 7.* B. Dn. Carpzov. *d. Const. s. def. 20.* Pariter satisdare  
haud tenetur possessor bonorum immobilium, licet obæ-  
ratus aut bona Creditori hypothecata, vel etiam litigiosa  
fuerint, modò cum tertio & non ipso adversario litigetur,  
*per l. 15. §. 6. qui satisd. cog.* Hillig. *c. 1. lit. G.* B. Dn. Berlich.  
*d. concl. 20. n. 39.* B. Dn. Carpz. *cit. Const. def. 14. & 15.* Se-

CUS



2  
eus enim est, si illi ipsi, cum quo super illa re litigatur, ean-  
dem quoque loco satisfactionis offerre velit. Nam sicut  
nemo simul reus principalis & sui ipsius fidejussor esse  
potest, ita nec eadem res litigiosa & cautio simul esse valet.  
*l. 71. §. 1. ff. de fidejuss. Add. Berlich. c. l. Dn. Nicol. in Pro-*  
*cess. p. 1. d. c. 36. n. 9.* Pertinet huc porro mulier quoad fun-  
dum, quem marito in dotem dedit. *l. 8. §. 1. l. 15. §. 3. ff. qui*  
*satisd. cog.* Cum dos naturaliter, ut dicitur in *l. 30. C. de jure*  
*dot.* considerata dicatur permanere in dominio uxoris. *l. 75.*  
*ff. de jure dot. l. 71. ff. de Evict. l. 3. §. 5. ff. de minor.* Magn.  
Dn. Struv. *Exerc. 30. th. 13.* Quod de muliere est dictum,  
etiam in Tutoribus ratione pupilli, bona immobilia te-  
nentis, obtinet, quia Dominorum vice funguntur. *l. 15.*  
*§. 5. ff. qui satisd. cog. Dn. Hahn. c. l. Add. Hillig. d. c. 9.*  
*lit. G.*

Th. X.  
Dominis porro æquiparantur (1) illi, qui actiones  
ad res immobiles comparatas habent. *arg. l. 15. de R. J. l.*  
*143. ff. de V. S.* Secus est, si actiones ad res mobiles compe-  
tant. *Gail. lib. 2. obs. 11. n. 10. B. Dn. Berlich. d. concl. 20. n.*  
*42. & seqq. B. Dn. Carpz. p. 1. Const. 5. def. 17. it. (2)* qui an-  
nuos redditus possidet, quia ejusmodi redditus annui, si  
ex re immobili debeantur, inter immobilia referuntur.  
Vid. *Gail. cit. lib. obs. 10. n. 6. Hillig. ad Donell. d. lib. 23.*  
*Carpz. p. 3. Const. 24. def. 1.* Magn. Dn. Struv. *Exerc. 3. th.*  
*86.* Vel qui (3) sunt creditores pecuniæ hereditariæ, cujus  
dies nondum cecidit, *die unbetagte Erbgelder* zu fordern,  
quia ejusmodi nomen pro re immobili habetur; Alia est  
ratio pecuniæ hereditariæ, cujus dies cecidit, *des betagten*  
*Erbgeldes.* Vid. *Carpz. p. 1. Const. 5. def. 18.* ibique alleg.  
*Jacob. Thoming. decis. 31. n. 2. Dn. Nicol. in Proces. d. c. 36.*

n. 9. Aut (4) qui res mobiles, quæ non facilè amoveri possunt, ut merces in tabernis, vel pretiosas res possident. Hoc enim casu fugæ suspicio cessat, non minus ac si quis immobilia possideat, cum res mobiles pretiosiores nemo tam facilè jactare sive donare præsumatur, ut res viliores. Gail. lib. 2. obs. 91. n. 2. Coler. de aliment. lib. 1. c. 11. quin etiam possidere immobilia & possidere mobilia pretiosa æquivalentia judicantur, arg. l. 22. C. de admin. Tut. Vid. Harpr. ad §. 2. Inst. de satisd. n. 18. Hillig. ad Donell. d. c. 9. lit. F. Zang. de Except. p. 2. c. 21. n. 36. Dn. Hahn. ad Wesenb. tit. qui satisd. cog. n. 11. Magn. Dn. Struv. Exerc. 5. th. 25. Hoc tamen rectissimè restringitur ad eum casum, quo possessor mercaturæ vel rerum pretiosarum est vir bonæ frugis, nec suspicione prodigalitatæ laborat, merces insuper tanti æstimantur, ut liti respondeant, & sunt in loco, ubi Judicium agitur, prout hanc doctrinam declarant Zang. d. c. 21. n. 37. B. Dn. Carpz. in Process. tit. 9. art. 5. n. 130. Dn. Marquard. de Jure Mercator. & Commerc. lib. 3. c. 7. n. 35. Cæterum quænam res pretiosæ, minusve pretiosæ sint, Judicis arbitrio definiendum relinquitur. B. Dn. Carpz. d. Const. 5. def. 19. n. 8. ubi cum Schult. Obs. 19. n. 13. refert, Juris quendam Doctorem à satisdando fuisse sublevatum, quod Bibliothecam pretiosam possideret, nec propter dignitatem in fugæ suspensionem venire poterat.

Th. XI.

Non verò (1) pro possessore haberi potest usufructuarius, uti tradunt Dd. communiter per l. 15. §. 1. ff. qui satisd. cog. Vid. Zœf. ad ff. eod. tit. n. 5. B. Dn. Berlich. d. conclus. 20. n. 33. Et hoc de Jure Civ. expeditum est, prout docent Hillig. ad Donell. cit. c. 9. lit. G. & B. Dn. Carpzov. d. Const. 5. def. 21. Secus est de Jure Sax. ubi Usufructua-  
rius



rius alicujus fundi vel prædii à satisfactione omnino est immunis, per ea quæ tradit B. Dn. Carpz. *alleg. def. 21.* Ex quo porro sequitur, quod eodem Jure Sax. Vidua possidens dotalitium à satisfactione immunis sit, cum dotalitium tribuat ipsi usumfructum. Hartm. Pistor. *p. 2. q. 24. n. 54.* B. Dn. Carpz. *p. 3. Const. 32. def. 4.* Magn. Dn. Struv. *Syntag. Jur. Feud. c. 14. aphor. 9.* Sic etiam maritus, qui fundum uxoris possidet, eatenus à satisfactione immunis erit, cum Jure maritali in foro Sax. usumfructum in eo teneat. Landt. *lib. 1. art. 31. § 45. Const. Elect. 32. p. 3.* ibique Dn. Carpz. *def. 6.* Rauchbar. *p. 1. q. 2. n. 45.* Quoad fundum verò dotalem ipso Jure Civ. maritus à satisfactione liberatur. *l. 15. §. 3. ff. qui satisd. cog.* Hillig. *ad Donell. d. c. 9. lit. G.*

Th. XII.

(2) Pro possessore haberi nequit, qui simultaneè investitus est. Matth. Wehn, *in obs. pract. verb. Vorstand in fin.* Possessio enim bonorum immobilium ab onere satisfactionis relevat, non sola spes succedendi. *arg. l. 1. §. 21. ff. de Collat.* Nam simultanea investitura realem possessionem non tribuit, unde nec illa jura, quæ ab ea dependent, ad simultaneè investitum spectare possunt, licet jus aliquod singulare in Feudo acquirat. Sorg. *Ausschr. de anno 1583. tit. welcher Gestalt die Agnaten und Mitbelehnten.* B. Dn. Carpz. *lib. 2. Resp. 78. n. 14. it. part. 1. Const. 5. def. 12.* Magn. Dn. Struv. *Synt. Jur. Feud. c. 9. aphor. 16. n. 2. it. Synt. Jur. Civ. Exerc. 5. th. 25.* Quod de simultaneè investito est dictum, ad filium quoque extendendum venit, quem itidem juvare nequit spes successionis in bonis paternis, cum multa accidere possint, ut filius heres non sit. *arg. l. 5. §. 1. ff. de A. R. D.* Et licet filius vivo adhuc patre dicatur

dicatur Dominus paternorum bonorum. *l. 11. ff. de liber.*  
Et post hoc tamen Juris tantummodo fictione fieri solet,  
quæ in materia satisfactionis attendi nequit. *arg. l. 15. §. 2.*  
*qui satisd. cog.* Quapropter filium in judicio experiri vo-  
lentem ad satisfactionem obstrictum esse, omnino asseren-  
dum erit *per l. 14. qui satisd. cog.* Vid. Hillig. *ad Donell. d.*  
*c. 9. lit. G. in fin.* B. Dn. Berlich. *p. 1. concl. 20. n. 24.* B. Dn.  
Carpz. *d. Const. 5. def. 13.*  
Th. XIII.  
Quæ autem hæc: an in possessoribus rerum immobi-  
lium adhuc requiratur, ut juratoriam cautionem præ-  
stent? Affirm. Gl. *ad l. 15. ff. qui satisd. cog.* & Jason. *ibid. n. 6.*  
Consentit. Cujac. *lib. 12. obs. 22.* Contrarium tamen statuit  
Bart. *ad d. l. 15.* & Angel. *ibid.* quorum sententia secundum  
Dd. receptior est. Movetur quidem Gl. *per l. fin. C. de*  
*princip. agent. in reb. l. 12. C. de Prox. Sacr. Scrin. & l. 17. C.*  
*de Dignit.* Verum quod attinet *l. fin. C. de princ. agent. in*  
*reb.* illa disjunctim accipienda est, quod scil. si immobilia  
possideant, releventur propter bonorum substantiam ab  
onere satisfaciendi possessores; Si verò non, demum ad Ju-  
ratoriam Cautionem admittantur. Reliqui text. mani-  
festè de eo casu agunt, quo quis bona immobilia non pos-  
sidet, ideoque huc non pertinent. Vid. Wesenb. *ad tit. qui*  
*satisd. cog. n. 11.* ibique Dn. Hahn. Hillig. *ad Donell. d. c. 9.*  
*lit. J.* ubi insimul aliis satisfacit, qui in possessione utrum-  
que & oppignorationem & cautionem juratoriam re-  
quirunt. Dn. Brunnem. *ad cit. l. fin. C. de Princip. agent. in*  
*reb.* Magn. Dn. Struv. *Exerc. 5. tb. 25.* Quæritur porro: An  
bona immobilia rei, de qua agitur, æstimationi respon-  
dere teneantur? Resp. secund. Accurs. *ad l. 15. ff. qui sa-*  
*tisd. cog.* quod sic. Confirmat hoc Harpr. *ad §. 2. Inst. de*  
*satisd.*



*satisd. n. 17.* ita ut, si in plus conveniatur, pro sit possessio ad concurrentem usque æstimationem, satisdetur verò de eo, quod excedit. Negat Hillig. *ad Donell. cum alleg. Dd. cit. loc.* modò tanta sint bona, ut præsumtio fugæ excludatur, quod iudicis arbitrio committit. Hæc de modo cavendi in iudicio sufficiant.

## CAPUT III.

De

### Cautiõibus ab Actore præstandis.

Th. I.

**M**odum cavendi excipiunt jam Cautiões ab Actore in iudicio præstandæ, ad quas neque jure Institutiõnum, neque jure Digest. vel etiam Cod. obligatus erat. Justinianus siquidem in Instit. ubi satisdandi modum explicat, Actoris mentionem non facit. *Vid. pr. & §. 1. Inst. de satisd. Perez. ad Cod. de satisd. n. 4.* Verum hoc postmodum per Jus novissimum emendatum, simulque constitutum est, reum non vocari in jus legitimè, nisi prius Actor, actionem suam instituens, caveat (1) quod intra duos à tempore porrecti libelli menses litem cum Reo contestari. *Nov. 96. c. 1. Auth. Libellum. C. de lit. contest.* (2) usque ad finem in iudicio permanere. *Auth. Generaliter C. de Episc. & Cler. & si iniquè litem moverit (3) expensas Reo refundere velit. Nov. 112. c. 2. d. Auth. Generaliter C. de Episc. & Cler. ibique Magn. Dn. Richter / in Expos. n. 1. & Dn. Brunnem. Bachov. ad Treutl. vol. 1. Disp. 5. tb. 3. lit. G. B. Dn. D. Carpz.*

Carpzov. p. 1. Const. 5. def. 1. Magn. Dn. Struv. Exerc. 5. th. 32. Magn. Dn. Strauch. Diff. 24. aphor. 15.

Th. II.

Sed hoc jus Satisfactionis hodie itidem ab usu omnium fere recessit Judiciorum, teste Bart. ad cit. Nov. 96. c. 1. Coler. p. 1. decis. 105. n. 2. & seqq. Add. Frid. Schenk. L. B. à Tautenb. Progymn. forens. lib. 2. tit. 6. Hinc Stylo Curiarum de expensis solummodò & damno litis refundendo cavetur, monente Umm. ad Process. Judic. Disp. 9. th. 3. n. 11. Add. Hillig. ad Donell. lib. 23. c. 9. lit. Z. B. Dn. Berlich. p. 1. concl. 20. n. 2. Dn. Hahn. ad Wesenb. tit. qui satisf. cog. n. 6. Cujus usus tam in foro nostro Saxonico, quàm in multis aliis locis adhuc superest, sicut præter alleg. Dd. observantia quotidiana satis superque comprobatur. Illud tamen observandum est, quod in foro Sax. non solum de refundendis expensis & damnis litis in eventum succumbentiae restituendis; Sed etiam de stando ac respondendo coram Judice in eodem Judicio in casu propositæ Reconventionis Actor cavere debeat, quæ satisfactio vulgò Cautio pro Reconventionem & Expensis dici solet, *der Vorstand vor die Expens und Widerklage*. Const. Elect. 5. p. 1. ibique Moller. atque Carpzov. def. 1. Ordin. Judic. El. Sax. tit. 13. in pr. B. Dn. Berlich. p. 1. concl. 20. Dn. Nicol. p. 1. c. 36. n. 6. Dn. Philipp. in Usu Pract. ad Inst. lib. 4. Eclog. 66. n. 4. Magn. Dn. Richter/ vol. 2. Consil. 203. n. 2. & 3.

Th. III.

Jure quidem communi tam Civili quàm Canonico mutua petitio sive reconventio omnibus in causis locum habet & pari passu cum conventionem ambulat, præterquam in iis, quæ expressè in jure exceptæ reperiuntur.

l. 240



*l. 14. junct. Auth. Consequenter. C. de sent. & interloc. omn. Judic. ibique Dn. Brunnem. c. 1. X. de mut. petit. Petr. Frid. in tract. de contin. caus. c. 7. B. Dn. Carpz. p. 1. Const. 7. def. 1. Hinc causa conventionis & reconventionis simultaneo processu alternis vicibus tractantur, & unâ sententiâ finiuntur. d. c. 1. de mut. petit. Mollinat. de reconvent. qu. 82. Magn. Dn. Struv. Ex. 21. tb. 32. Dn. Nicol. in Process. p. 1. c. 13. n. 14. Hillig. ad Donell. lib. 17. c. 18. lit. Q. & R. Magn. Dn. Richter/ ad Auth. Et consequenter. C. de sentent. & interloc. & c. n. 27. & 28. Adeoque Cautio pro reconventione supervacanea videtur; Secus est de Jure Saxonico, ubi, conventionem demum finitâ, Actor coram eodem Judice Reo reconveniente respondere tenetur, apud quem ipse Reum antea convenerat, licet aliâs Judex isti Actori competens non sit. Ordin. Judic. Elect. Sax. tit. 7. §. Diweil aber & c. Const. Elect. 7. p. 1. §. Diweil wir aber gemeint seyn / in verb: sondern es sol der Kläger vermöge der Sächsf. Rechte disfalls auf die Widerklage zu antworten nicht schuldig seyn / es habe sich denn zuvor der Befl. von ihm gebrochen / und sey die Klage der Convention gänzlich gesendet und erörtert / alsdenn soll der Beklagte mit seiner Widerklage gehört werden / &c. Moller. ad d. Const. n. 3. B. Dn. Carpz. ibid. def. 8. Dn. Nicol. cit. c. 13. n. 16. Magn. Dn. Struv. d. Ex. & tb. ibique alleg. Zang. de Except. p. 2. c. 1. n. 387. Add. Nobilis. Dn. Bechmann / ad ff. vol. 1. Ex. 11. n. 50. Quapropter Cautio pro Reconventionem de Jure Saxonico omnino necessaria videtur. Monet tamen Dn. Brunnem. ad Auth. Generaliter. C. de Episc. & Cler. quod hæc Cautio pro Reconventionem & Expensis etiam in Marchia Brandenburgensi recepta sit, licet reconventio una cum conventionem ibidem procedat.*

Th. IV.

Quilibet verò Actor hanc Cautionem pro Reconventionem & Expensis præstare debet, in tantum, ut ne quidem Parentes excipiantur. Nec enim reverentia impedimento esse potest, quo minus ab ipsis exigatur, cum ipsimet parentes processui Juris volentes sese submittant, ac per id in solennia Judicii consentiant. Et si parentes ad Cautionem judicii sicuti de Jure Civil. obstricti sunt, per l. 2. §. 2. ff. qui satisd. cog. Cur non etiam erunt obstricti ad Cautionem pro reconventionem & expensis, argumento æquiparatorum, præsertim cum Cautio hæc ab omnibus generaliter exigatur Actoribus in *Ordin. Judic. Elect. Sax. tit. 13. in pr. B. Dn. Carpz. in Process. tit. 9. art. 5. n. 58.* Nec porro interest, num Actor ipsemet in Judicio compareat, an verò per Procuratorem agat, siquidem & hoc casu cavere tenebitur, cum non tam procuratoris, quàm principalis actoris persona in considerationem veniat, per ea quæ tradit B. Dn. Carpzov. in *Process. cit. tit. 9. art. 5. n. 49.*

Th. V.

Limitatur tamen hæc assertio, quod non procedat, quando Actor vel in loco Judicii, in quo actio instituitur, vel etiam in eadem provincia & territorio bona possidet immobilia. Tunc enim omninò à Cautione immunis esse debet, propter verba expressa *Const. Elect. 5. p. 1. Der/so unter uns Güter hat und gnugsam in unsern Landen besessen/ soll den Vorstand vor die Expens und Widerklage zu bestellen nicht schuldig seyn / ob er gleich unter dem Gerichte/ dafür er geklagt/ sonst nicht sächhaftig.* Add. B. Dn. Carpz. ad d. *Const. def. 2. § 3.* Nam Cautio hæc ab Actore propterea exigatur, ne Reus victor existens periclitetur, Actore

ctore aufugiente, ratione expensarum & damni dati, quæ ratio cessat eo in casu, quando Actor bona in territorio ejusdem Principis possidet immobilia; Quapropter Cautio ab ipso exigere nequit. *arg. l. 15. ff. qui satisd. cog. B. Dn. Carpz. in Process. cit. art. 5. n. 63. Dn. Nicol. in Process. p. 1. c. 36. n. 7. Magn. Dn. Richter/ vol. 2. Conf. 203. n. 6.* Non tamen propterea Actorem à Cautione possessio bonorum immobilium extra Provinciam situatorum relevare potest, per ea quæ tradit B. Dn. Carpz. *d. Const. 5. def. 10.* Idem obtinet, quando quidem sub litis ingressu immobilia bona possidet, sed ea lite pendente vendit, aut aliàs facultatibus labitur. Nam & tunc Actor ad Cautionem pro reconventionem & expensis præstandam obstrictus erit, cum non minor adsit suspicio fugæ, quàm si ab initio statim bona nulla possederit, quæ sola ratio cautionem exigit. *Add. l. 10. §. 1. in fin. qui satisd. cog. l. 4. ff. ut in poss. legat. l. 4. ff. de prator. stipul. Zang. de Except. p. 2. c. 21. n. 44. B. Dn. Carpzov. in Process. cit. tit. 9. art. 5. n. 95. & seqq.*

Th. VI.

Non solum verò Actor possidens immobilia ab onere cavendi immunis erit, si ipsemet in judicio compareat, sed etiam, si per mandatarium vel procuratorem agat. Licet enim procurator possessionatus non sit, tamen ad satisfactionem nequaquam obstrictus erit, quia non tam procuratoris, quàm principalis Actoris persona consideranda venit, ejusque conditio deterior esse nequit, quàm ipsius principalis, cujus causa agitur. *arg. §. 5. Inst. de fidejuss. Wesenb. in paratit. ff. qui satisd. cog. n. 3. B. Dn. Carpz. cit. loc. n. 50. & seqq.* Aliud est in Syndico, Universitatis nomine agente. Etsi enim & hic Procurator Universitatis sit, quæ procul dubio, quæ talis, possessionata dicitur;

Attamen nisi Universitas beneficio divisionis renunciaverit, ita ut unum ex ea reconvenire fas sit, audiendus non erit Syndicus nomine Universitatis agens, priusquam Cautionem præstiterit. B. Dn. Berlich. *p. 1. Concl. 20.* Nam cum pro rata tantummodò singulos ex Universitate convenire quis possit, quod sanè difficillimum, ideò sola difficultas hæc cautionem à Syndico extorquet, cum paria sint aliquem nulla possidere immobilia, vel possidere quidem, sed conveniendi difficultate esse inidoneum. Gail. *lib. 2. obs. 27. n. 25.* Valent. Franc. *de fidejuss. c. 7. n. 236.* Zang. *cit. loc. n. 18.* B. Dn. Carpzov. *in Process. d. art. 5. n. 53. & seqq.* Add. Dn. Nicol. *in Proc. p. 1. c. 36. n. 6.*

Th. VII.

Causæ, in quibus Cautio vel pro Reconventionem, vel etiam pro Expensis ab Actore præstanda venit, sunt tam civiles, quàm criminales, si scil. in hisce per modum accusationis ordinariè procedatur, propter generalitatem *Const. Elect. 5. p. 1.* ubi inter causas civiles & criminales neutiquam distinguitur. Hinc licet in criminalibus solennitas inscriptionis in defuetudinem hodie abierit. Bartol. *ad l. 6. & 7. ff. de accusat. n. 12.* Jul. Clar. *lib. 5. receptar. sentent. §. ult. qu. 12. n. 17.* Wesenb. *in paratit. ff. de accusat. n. 12.* ibique Dn. Hahn. Propterea tamen omnis Cautio à parte accusatoris sublata non est, sed is nihilominus de impensis in casum succumbentiæ, ut ajunt, refundendis & de injuria resarcienda idoneè cavere debet. Vid. Schneidvv. *ad tit. Inst. de satisd. n. 11.* B. Dn. Carpzov. *in Prax. Crim. p. 3. q. 106. n. 39. & seqq.* Magn. Dn. Richter / *vol. 1. p. 1. Cons. 19. n. 15. & 16.* Magn. Dn. Struv. *Ex. 49. th. 8.* Nobiliss. Dn. Bechmann / *ad ff. Vol. 2. p. 2. Exerc. 8. n. 20. & 21.* In civilibus nihil interest, an Judicium sit conventionis, an recon-

reconventionis, cum & in hoc reconventus Actor de impensis securus esse debeat. B. Dn. Carpz. p. 1. *Const. 5. def. 24.* it. siue Processus sit ordinarius, siue extraordinarius, summarius vel etiam executivus. Nam executio parata reconventionem non impedit, quapropter ne Creditor vel Actor aufugiendo, vel in aliud forum se transferendo, difficiliorem faciat debitori persecutionem juris, omnino tenetur cavere de iudicio sisti in causa reconventionis & de restituendis impensis, juxta trad. Coler. *de Process. Execut. p. 3. c. 1. n. 65.* & B. Dn. Berlich. p. 1. *concl. 20. n. 18.* Quod disertè comprobatur Ordin. Judic. Elect. Sax. *tit. 6. §.* Dieweil aber. in verb: und Dis wollen wir auch auff die Fälle / wenn man allein auff klare inhabende Brief und Siegel / vermöge der Landes Ordnung Hülffe suchet / hiermit erstreckt haben. Add. B. Dn. Carpz. *ad alleg. Const. 5. def. 25. § 26.*

Th. VIII.

Præstanda est Cautio ab Actore secundum mores hodiernos vel fidejussoribus vel etiam pignoribus. Vid. *Ord. Jud. Elect. Sax. tit. 13. §.* Da aber. in verb. solchen Vorstand mit Bürgen oder Pfanden nicht bestellen &c. ita ut Actoris sit electio, quorum alterum præstare velit, per ea quæ superius monita sunt. Jung. Carpz. *lib. 2. Resp. Elect. tit. 7. Resp. 8. n. 1. § seq.* Dn. Nicol. *cit. c. 36. n. 10.* Formula cautionis hujus, si per fidejussores præstetur, talis est:

P.P. Erscheinet Kläger / saget: Dennoch im nähern Urthel ihm der Vorstand zu bestellen aufferleget / als will er hiermit M. K. einen gefessenen Bürger / zu seinem Vorstand vorgestellet haben / mit angeheffter Bitte / ihn anzunehmen / und zu registriren. Verhoffet demnach dem Urthel folge gethan zu haben / und ist darauf der richtigen

gen

gen Antwort gewärtig/in verbleibung dessen/beschuldiget er Behl. ungehorsams &c.

Si vero per pignora praestetur, talis adhibetur formula:

P.P. Erscheinet Kläger / saget: Nachdem ihm in nähern Urtel auferleget worden/den Vorstand zu bestellen / als thut er hiermit so. Reichsth. gerichtlich zum Vorstand hinterlegen / mit Bitte / dieselbe anzunehmen / und darauß zuerkennen / daß er den Vorstand gnugsam bestellet / ist darauß der Antwort gewärtig / &c.

Demum etiam Actor, si nec pignora nec fidejussores invenire possit, ad cautionem juratoriam admittitur, per superius tradita. Quod procedit, etiamsi causa criminalis sit. Vid. B. Dn. Carpz. *in Prax. Crim. p. 3. qu. 106. n. 49.* Add. Magn. Dn. Richter / *vol. 2. Conf. 350. n. 5.* De hac Cautione juratoria illud observandum venit, quod Actor ab ipsa haud relevetur, etiamsi Juramentum paupertatis praestiterit, cum diversa sint Juramentum paupertatis, & super reconventionem, quo tamen casu de solâ reconventionem, non etiam de expensis cavere debet, uti docet B. Dn. Carpz. *in Proc. d. tit. 9. art. 5. n. 39.* Dn. Nicol. *cit. loc. n. 27.*

#### Th. IX.

Effectus Cautionis ab Actore praestitae in eo consistit, ut Reus ratione expensarum & damnorum, si victor in lite existat, haud periclitetur, sed ab Actore repetere, ipsumque, si pro reconventionem simul sit cautum, coram eodem iudice reconvenire queat. Quapropter etiam ab Actore non verbaliter tantum offerenda, sed & realiter praestanda est, quia oblatio sola non sufficit, nisi factum sequatur. Gl. *in o. pastoral. offic. 11. X. de offic. Ord. Jud. & verba non sufficiunt, ubi facto opus est. arg. l. 8. §. fin. ff. de*



*de re milit.* quod etiam vult vocabulum præstare, German. bestellen/ quemadmodum & aliàs verba cum effectu accipienda sunt. l. 1. §. 1. ff. quod quisque jur. in al. stat. Add. B. Dn. Carpz. p. 1. Const. 5. def. 2.

Th. X.

Altera Cautio, quæ in foro Saxonico specialiter recepta & ab Actore præstanda est, Guaranda dicitur, Germ. die Gewähr. Quam nonnulli derivant à vocula Guerra, quæ litem significat. Gl. ad c. 1. vocab. Treugas. X. de Treug. & Pac. Vid. Coler. de Process. Execut. p. 4. c. 3. n. 18. Estque nihil aliud, quàm Cautio, quam Actor præstat Reo, quod in actione semel instituta, prout instituta est, permanere & Reum securum præstare, eumque contra quemcunque alium, si ab illo eadem actione conveniatur, defendere velit. Hillig. ad Donell. lib. 23. c. 9. lit. Z. Moller. ad Const. Elect. 4. p. 1. n. 4. B. Dn. Carpz. ad eand. def. 1. B. Dn. Berlich. p. 1. concl. 19. n. 16. ibique alleg. Dd. Introducta est hæc Guaranda de Jure Sax. Land R. lib. 1. art. 63. lib. 2. art. 15. & lib. 3. art. 14. Vid. Hillig. cit. loc. Magnif. Dn. Struv. Ex. 5. tb. 32. De jure verò communi nihil de Guaranda dispositum legitur, uti tradit Dn. Nicol in Proc. p. 1. c. 36. n. 5.

Th. XI.

Causæ, in quibus Guaranda ab Actore præstanda venit, tam Civiles quàm Criminales sunt, quando scilicet hæc in processu ordinario tractantur, ut rectè sentiunt Coler. p. 1. Decis. 109. n. 10. B. Dn. Carpzov. p. 1. Const. 4. def. 6. Quod & verbis disertis expressum in text. Weichbild. art. 114. vers. Gewähr soll auch ein jeglicher Mann thun und geloben umb Todschläge / Lähmde und umb Wunden für seine Schwertmagen und Freunde. Add.

E

Magn.



Magn. Dn. Richter / *vol. 2. Conf. 103. n. 8.* ubi per præjudici-  
um allatum hoc confirmat. Nob. Dn. Bechmann / *ad ff.*  
*Vol. 2. p. 2. Ex. 8. n. 22.* quin etiam Guaranda ab initio pro-  
pter causas sanguinis adinventâ fuit, ut Reo caveretur de  
securitate contra agnatos ejus, qui occisus est, si forsitan  
ab instantia absolvatur. Gl. *ad art. 6. lib. 2. Land R. B. Dn.*  
*Carpzov. cit. loc.* Excipiuntur tamen causæ nonnullæ, in  
quibus Guaranda præstari non debet, quales sunt matri-  
moniales. B. Dn. Berlich. *p. 1. Concl. 19. n. 8.* B. Dn. Carpz.  
*cit. loc. def. ult. n. 1.* summaria & executiva, ex communi  
Interpretum opinione. Vid. Coler. *de Proc. Exec. d. p. 4.*  
*c. 3. n. 17.* Hillig. *ad Donell. cit. c. 9. lit. Z.* B. Dn. Carpz *alleg.*  
*loc. def. 9.* Dn. Nicol. *in Proc. d. c. 36. n. 2.*

Th. XII.

Quomodo præstanda sit Guaranda, ex Interpreti-  
bus Juris Sax. hauriendum venit, qui tradunt, quod olim  
opus fuerit oppignoratione vel etiam datione fidejusso-  
rum. Georg. Rohrschütz / *in Proc. p. 1. art. 13. n. 2.* Chilian.  
König / *in Proc. c. 48.* Sed hodie vel stipulatâ manu præstatur,  
vel per tacturam baculi, sicque non verbaliter tantum,  
sed realiter actu corporali, *per Const. Elect. 4. p. 1.* in verb.  
*Die Schwâhr soll würcklich actu corporali angelobet wer-  
den / &c.* B. Dn. Carpz. *ad d. Const. def. 1.* Nihil autem in-  
terest, an Reus præfens, an verò absens sit, an ad Garan-  
dæ præstationem citatus fuerit, an verò non, quod usus  
& observantia confirmat, modò ab Actuario Judicii, quo-  
modo Actor Guarandam præstiterit, consignatum sit. B.  
Dn. Carpzov. *d. loc. def. 2. & 4.* Dn. Nicol. *cit. c. 36. n. 34.*  
Effectus Guarandæ est, quod (1) Actor eâ præstitâ ne-  
queat deferre juramentum. B. Dn. Carpzov. *p. 1. Const. 12.*  
*def. 1.* Magn. Dn. Struv. *Ex. 17. th. 32.* Nob. Dn. Bechm.  
ad

*ad ff. vol. 1. p. 2. Ex. 1. n. 31. ibique alleg. Monach. Pract. Judic. p. 4. c. 8. n. 14. (2) quod libellum post Guarandam mutare nequeat, etiamsi res adhuc integra & lis nondum contestata sit. Const. Elect. 11. p. 1. ibique Carpzov. def. 1. Ordin. Jud. Elect. Sax. tit. 5. §. Da auch einer seine Klage ändern oder verbessern wolte / soll er solches ehe / denn er die Bewehr angelobet / oder der Bechl. den Krieg Rechtens befestiget / thun &c. Hil. ig. ad Donell, d. l. 23. c. 9. lit. Z. Magn. Dn. Struv, Ex. 5. th. 41.*

Th. XIII,

Denique Actor in foro Saxonico, præsertim Electorali, si contumax fuerit, non amplius auditur, priusquam Reo expensas restituerit & Cautionem de lite prosequenda præstiterit, juxta sanctionem Juris Can. *per c. 1. de dol. et. contumac. in 6.* quæ expressis verbis in Ord. Jud. Elect. Sax. tit. 10. in pr. confirmata est. Verba ita se habent: Würde der Kläger oder dessen Anwalt auff den angesetzten Rechtstag nicht erscheinen / soll Beklagter auff Ansuchen ab instantia absolviret / Kläger aber in die Expensas und Cautionem de lite prosequenda vertheilt / auch ferner nicht zu gelassen werden / er habe denn Beklagten die Gerichtskosten erstattet und Vorstand bestellet / Daß er hinführo zum Gerichte gehorsamlich erscheinen wolle. Ratio à Dd talis proponitur, quod per absoluti- onem ab instantia sint sublata & annullata omnia prius gesta. Panorm. *ad c. causam. 3. de dol. & contum. n. 17.* ideo- que Reus ulterius respondere non tenetur, nisi expensæ re- fusæ & Cautio præstita sit. Hartm. Pistor, *Obs. 140. n. 1.* B. Dn. Carpz. *p. 1. Const. 9. def. ult. it. in Proc. tit. 8. art. 1. n. 22. & seqq.* Dn. Nicol. *in Proc. p. 1. c. 33. n. 8.* ubi insimul formu- lam Cautionis de lite prosequenda proponit. Add. Fibig. *in Proc. p. 1. c. 2. membr. 3. §. 4. n. 3.*

## CAPUT IV.

### De Cautionibus à Reo præ- standis.

#### Th. I.

**M**ISSIS Cautionibus ab Actore præstandis, progredimur ad considerationem Cautionum, quæ à Reis exiguntur, quorum conditio in cavendo durior olim fuit, quam Actorum. Nam jure veteri, si actio realis contra aliquem instituebatur, cogebatur promittere, quod victus judicatum solvere velit. *l. 11. ff. judic. solvi. l. 33. ff. de fidejuss. pr. Inst. de satisd. ibique Vinnius.* Aliud observabatur, quando actione personali conventus, ipse in judicio se defendebat. *l. 39. §. 1. de nox. act. l. 18. ff. de interrog. in jur. fac.* Ratio differentiæ, quare Reus suo nomine judicium in rem suscipiens satisdaret, non verò in actione personali, hæc fuisse videtur: quòd in actione reali metuendum erat, ne Reus ex causæ diffidentia, id, quod in Judicium deductum, corrumpere, vel rem faceret deteriorem, qua de causa, si cavere non poterat, res mobilis sequestrari & apud Judicem deponi solebat. *l. 7. §. 2. ff. qui satisd. cog. Vinn. ad pr. Inst. de satisd. n. 1.* At in actione personali ejusmodi periculum à Reo non metuendum erat. Illà siquidem non certa res petitur, sed afficit principaliter personam, ut juxta constitutam obligationem ex universo patrimonio actori satisfaciat. Add. Vinn. *ad §. 1. Inst. de satisd. in fin. & Rittershus. ibid.* Aliam rationem exhibet B. Ludvv. *ad cit. §. 1.*

#### Th. II.

Th. II.

Sed hoc postmodum correctum est, ut cautione de iudicato solvendo nec in reali, nec in personali actione, si in propria persona iudicium suscipiat Reus, gravari possit. §. 2. *Inst. de satisd.* ibique Vinn. & Ludvv. Wissenb *ad ff. p. 2. Ex. 28. tb. 27.* Quod si verò per procuratorem conveniatur, stipulatio hæc à Reo, vel comparente in iudicio & sui procuratoris personam firmante, vel etiam extra iudicium pro eo satisfactionem exponente, præstanda est. §. 4. *Inst. de satisd. l. 10. ff. judic. solvi. l. un. C. de satisd.* Zœf. *ad ff. tit. judic. solv. n. 1.* Dn. Hahn. *ad Wesenb. eod. tit. n. 1.* Magn. Dn. Struv. *Ex. 47. tb. 106.* Et si Reus absens sit, Procurator ipse hanc cautionem præstare debet. §. 5. *Inst. de satisd. l. un. C. de satisd.* ibique Dn. Brunnem. Harpr. *ad §. 2. Inst. de satisd.* Wesenb. *ad ff. tit. qui satisd. cog.* ibique Dn. Hahn. *n. 6.* Dn. Philip. *in Usu Pract. ad Inst. lib. 4. Ecl. 66. n. 6.* Magn. Dn. Strauch. *Diss. 24. apbor. 15.* Continet tres clausulas hæc Cautio (1) de iudicato solvendo, i. e. iudicatum iri, quantum Iudex deberi pronunciaverit. *l. 6. l. 9. ff. judic. solvi.* & ab hac, tanquam præcipua, nomen sortita est. (2) de re defendenda. *d. l. 6.* Hinc si viri boni arbitrato non defendatur, Actor quanti ipsius interest à Reo ejusque fidejussore exigit. *l. 13. ff. eod.* (3) de dolo malo, h. e. dolum malum abesse, ab futurumque esse. *l. 19. dict. tit.* Zœf. Wissenb. & Magn. Dn. Struv. *alleg. loc.*

Th. III.

Licet verò Reus non amplius, si ipsemet in iudicio compareat, cautionem iudicatum solvi præstare debeat, Interim tamen alio modo satisfacere tenetur, scil. quod in iudicio usque ad finem litis permanere velit. *d. §. 2. Inst. de satisd.* ibique Vinn. Ludvv. atque Harpr. B. Dn. Carpz.

p. 1. Const. 5. def. 30. Dn. Philipp. cit. Eclog. 66. n. 5. Quam  
satisfactionem eandem esse cum veteri cautione judicio  
fisti nonnulli putant, quæ à Vocato propterea præstari de-  
bet, ut non modò mulctam non comparentis, de qua  
tit. ff. si quis in jus voc. non ier. Sed etiam violentam ra-  
ptionem evitet. Vid. Wesenb. tit. in jus voc. ut eant. ibi-  
que Dn. Hahn. Zoes. ad eund. tit. n. 1. Magn. Dn. Struv. Ex.  
5. tb. 16. Add. Wissenb. ad ff. p. 1. Disp. 7. tb. 17. Sed perpe-  
ram hæ Cautiones confunduntur, cum vetus de judicio  
inchoando, nostra verò de eo ad finem perducendo præ-  
stetur, quapropter plus continet quàm illa. Nam illi  
satisfit, si Reus judicio exhibeatur, neque necesse est litis  
exitum expectare, huic verò quis non satisfacit, nisi &  
terminum litis expectet. Vinn. Bachov. atque Ludvv. ad  
d. §. 2. Est verò satisfactionis hujus de lite usque ad senten-  
tiam definitivam prosequenda triplex forma sive modus  
pro diversitate personarum. Hinc idem ratione Cauti-  
onis obtinet in Reis, quod in Actoribus. Nam si plebei  
sint & nulla possideant bona immobilia, vel non sufficien-  
tia, satisfiant, vel etiam, si fidejussores invenire nequeant,  
pignoribus cavent, per ea, quæ in cap. 2. fusius sunt pro-  
posita. Hisce quoque destituti ad Cautionem Juratori-  
am admittuntur. Vid. Wesenb. cit. tb. 7. modò non sint  
suspecti de fuga, nec contra eos perjurii suspicii militet.  
Aliàs namque, ut melius consulatur Actori, arresti potius  
realis nexu obstringendi sunt. Vid. Coler. de proc. execut.  
p. 3. c. 11. n. 100. & seq. Mynsing. cent. 2. Obs. 11. Add. Ord.  
Jud. Elect. Sax. tit. 51. in princ. vers. Als wenn einer der  
nicht gnugsam besessen / flüchtig / oder derenthalben aus  
erheblichen Ursachen verdächtig wäre &c. B. Dn. Carpz.  
p. 1. Const. 30. def. 17.

Th. IV.



Usum hodiernum quod concernit, Cautio ex parte Rei conventi prorsus ab usu recessit, ita ut de consuetudine Saxonica aliorumque locorum in Civilibus ab eo, etiamsi nulla bona immobilia possideat, neque de iudicato solvendo, neque de iudicio sistendo Cautio exigatur. Schneidvv. *ad tit. Inst. de satisd. n. 7.* Coler. *cit. loc. n. 98.* Georg. Schultz. *in Synops. ad Inst. de satisd. lit. C. Dn. Berlich. p. 1. Concl. 20. n. 65.* B. Dn. Carpz. *part. 1. Const. 5. def. ult.* Dn. Philipp. *in Usu. Pract. ad Inst. lib. 4. Eclog. 66. n. 7.* Magn. Dn. Struv. *Exerc. 5. th. 32.* Ne scil. Reo, satis afflictio & jam antea gravato, hoc ipso, quod iudicio pulsatus fuerit, alia addatur afflictio. *l. 14. ff. de Off. Pras.* Secus est, si de fuga suspectus sit, tunc siquidem Cautioem iudicio sisti & iudicatum solvi effugere nequit, ne eludatur iudicium. B. Dn. Carpz. *in Proc. tit. 9. art. 5. n. 15.* Dn. Philipp. *in Us. Pract. ad Inst. cit. loc.* Nöb. Dn. Bechm. *ad ff. vol. 1. p. 1. Ex. 6 n. 103.* Confirmat hoc præiudicium ab Inclyt. Scal. in. Lips. M. April. 1638, ad requisit. *E. B. zu L. latum*, verba hæc sunt: Ist euch Salomon Simsen / ein Jude / vor Perlen 70. Reichsth. Capital / neben dem Interesse schuldig worden / und als er die Schuld nicht gestehen wollen / ihr ihm aber verschienene Neujahrs Messe die Klage ins Gewissen geschoben / ist ihm sein Gewissen zueröffnen verabschiedet worden. Nach dem er sich aber binnen gehöriger Zeit zu ablegung des Eides nicht angegeben / ist / auff eure vorgehende ungehorsams Beschuldigung / ferner verabschiedet / daß sich Beklagter an der Eidesleistung versäumet / und daher das Capital neben dem Interesse zu zahlen ihm auf erleget worden / derowegen ihr von ihm Cautio begehret. Ob nun wol bemelter Jude dawieder eingewendet / daß auf

Sächs.

Sächs. Boden der Beklagte zu keinem Vorstande verpflichtet / über des der Bescheid noch nicht seine verbindliche Krafft Rechtens erreicher. Dieweil ihr aber dennoch einmahl das Judicatum vor euch habt / und es im gegenwertigen Fall also beschaffen / daß / wenn beklagter Jude ohne Vorstand hinweg gelassen wird / er wol schwerlichen dieser Orten wieder gelangen / und die Zahlung leisten möchte / wodurch denn das Judicatum geringen Effect erreichen / und wol ganz eludiret werden dürfte. So hat sich auch / gestalten Sachen nach / beklagter Jude der gefoderten Caution nicht zu entbrechen / sondern er ist dieselbe zu bestellen schuldig / **B. R. B.**

Th. V.

Notanter verò dictum est, in Civilibus secundum observationem hodiernam à Reo non exigì Cautionem; Aliter se res habet in Criminalibus, ubi etiamnum hodie Rei saluum conductum & securitatem petentes Cautionem de Judicio se sistendo, quotiescunque opus fuerit, præstare debent, neque saluus conductus conceditur, nisi Cautione hac præstita, id quod non modò praxis quotidiana docet, sed etiam præter textus civiles confirmat Land R. lib. 2. art. 9. §. der Richter. Vid. Coler. p. 1. decis. 107. Dan. Moller. lib. 2. semestr. c. 1. §. 2. Matth. Stephan. in not. ad Ord. Crimin. Carol. V. art. 11. n. 4. B. Dn. Carpa. in Prax. Crim. p. 2. q. 95. n. 62. §. p. 3. q. 112. n. 85. §. seq. Nob. Dn. Bechm. ad ff. vol. 1. p. 1. Ex. 6. n. 142. Debet autem hæc Cautione fidejussoribus fieri, & tunc effectus ejus est, ut fidejussores Reum sistant, quo judicio criminali finito sententiæque latæ pœna executioni mandari possit. Si autem fidejussores Reum criminis non exhibeant, à pœna quidem corporali, quâ Reus puniendus venit, immunes sunt.



sunt. Fidejussor enim ad poenam corporalem pro Reo se obligare, & si hoc fecerit, corporaliter puniri nequit, cum poenae suos tenere debeant autores. *l. 22. C. de poen.* ibique Dn. Brunnem. & nemo membrorum suorum sit Dominus. *l. 13. pr. ff. ad L. Aquil. Wesehb. in Paratit. ff. de fidejuss. & mandat. n. 4.* ibique Dn. Hahn. Wissenb. *ad ff. p. 2. Diss. 27. th. 3.* B. Dn. Carpz. *d. qu. 112. n. 90.* Attamen multa pecuniaria fidejussoribus imponi, aut summa pecuniae in Cautione expressa & determinata ab iis exigi potest, quae si non exprimat, post a Judice statuitur. *l. 4. ff. de custod. reor.* B. Dn. Carpzov. *cit. loc.* Magn. Dn. Struy. *Ex. 47. d. 39.*

Th. VI.

Sed quaritur: An haec Cautio necessario datis fidejussoribus praestari debeat, quid enim, si Reus securitatem petens bona immobilia possideat, aut pignoribus vel depositione pecuniae cavere velit, num audiendus ipsique salvus conductus concedendus sit? Quod affirm. per plurimas rationes, quas exhibet B. Dn. Carpzov. *d. qu. 112. n. 99. & seq.* Unde etiam fit, quod hodie Jcti in sententiis suis Cautiorem *den Vorstand* simpliciter exigant, hoc ipso innuentes, sufficere Cautiorem sive pignoribus ac bonis immobilibus, sive fidejussoribus praestitam. Si vero Reus nec bona habeat nec fidejussores idoneos invenire possit, num ad Cautiorem Juratoriam admitti debeat? itidem hac vice in controversiam trahi potest. Resp. quod non. Ad hoc enim, ut delinquentes poenam effugere possint, semper jurarent. Nicol. Boer. *decis. 349.* Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. ult. qu. 46. n. 14.* Et si debitor incarceratus juratoriae cautioni non est committendus, prout tradunt Jason. *ad l. 7. §. ult. ff. qui satisd. cog.*

F

n. 18.



n. 18. & Coler. p. 1. Decis. 35. n. 14. Nec ad eam admittendus, qui suspicione perjurii aut fugæ laborat. Vid. illa, quæ c. 2. tb. 7. proposita sunt. Multominus delinquens Cautione juratoriâ juvari potest. Quod si tamen de crimine leviori agatur, nec delinquens multum gravatus sit, vel etiam de ipsius innocentia judici aliquo modo constet, quin, præstita cautione juratoria, salvus conductus ipsi concedendus sit, minime dubitandum erit, ne scil. innocens in carceribus marcescat. Hocque in Practica servari, testatur Jul. Clar. cit. loc. Add. B. Dn. Carpz, in Pr. Crim. d. qu. 112. n. 104. & seq. Add. Magn. Dn. Richter / vol. 2. Conf. 204. n. 3. Atque sic in Illustr. Colleg. Jurid. Jenens. M. Maj. 1629. Senatui zu Schmöllen responsum fuit, in verb. H. B. welcher aus unvermögen einen Vorstand nicht bestellen kan / ist ohne Nachtheil des peinlichen Proceßs ad Juratoriam Cautionem gestalten Sachen nach zulassen / daß er vermittelst eines leiblichen Eydes zur persönlichen Stellung / so oft es von nöthen / und er hierzu citiret wird / und zur beybringung in Sächß. Frist seiner vermeinten Unschuld sich verbünde / &c.

## CAPIT V. Cautionem à Procuratore præstandam annectit.

Th. I.

**A**ctiones exercentur in judicio vel per nosmet ipsos, vel per alios, veluti per procuratores, ubi ad meliorem rei intellectum distinctio juris veteris ab hodierna observantia & consuetudine præmittenda est. Nam Jure veteri

veteri ex LL. 12. tab. non licebat per procuratorem agere,  
ut colligi potest ex *pr. Inst. de iis per quos agere poss.* nisi  
pro populo, pro libertate ac pro tutela; Sed quilibet in  
judicium venire compellebatur, quamvis decumberet.  
Vehebatur enim tunc ab Actore jumento, aut curru, te-  
stante A. Gellio *lib. 20. Noct. Attic. c. 2.* Qui pro populo  
agebat, actor sive Syndicus vocabatur. *l. 1. §. 1. l. 2. l. 6. §. 1. ff.*  
*quod cui. univers. nom.* Difficile enim erat totum popu-  
lum convenire. *arg. §. 5. Inst. de J. N. G. & C. l. 2. §. 9. ff. de*  
*Orig. Jur.* Pro libertate qui judicium suscipiebat, dice-  
batur Assertor, & quod hoc permissum fuerit, effecit favor  
libertatis, propter quem etiam multa alia singularia rece-  
pta sunt. *arg. l. 3. §. 9. ff. de hom. liber. exhib.* Sic etiam  
propter favorem proveniente[m] ex tutela, *arg. §. 6. Inst. de*  
*Attil. Tut. & arg. §. 3. Inst. de Susp. Tut.* Tutor pro pupil-  
lo agebat.

## Th. II.

Hodie verò per procuratorem agendi & litigandi  
potestas ab Imperatore nostro Justiniano *in pr. Inst. per*  
*quos ag. poss.* concessa est. Causa permissionis talis pro-  
ponitur, quod sapius morbus, ætas & necessaria peregrin-  
atio, itemque aliæ multæ causæ, ut exilium, captivitas,  
sexus, imperitia. *l. 2. ff. de R. J. hominibus impedimento*  
*sint, quo minus rem suam ipsi exequi possint. l. 5. pr. ff. de*  
*Oblig. & Act. Add. Vinn. ad d. pr. Dn. Philipp. in Usu Pr.*  
*ad Inst. lib. 4. Ecl. 65. n. 3. Schneidev. ad tit. Inst. de iis,*  
*per quos ag. poss. n. 3.* Nunquam verò procurator in Judi-  
cio admittitur absque mandato, licet aliàs habilis sit &  
legitimam standi in iudicio personam habeat. *l. 1. l. 24. C.*  
*de Procurat. ibique Brunnem. Magn. Dn. Struv. Ex. 7. tb.*  
*27. Nam in hoc iudicium substantiatur, ut aliàs Dd. lo-*

quantur. Hinc ne quidem amicus pro amico aut Magistratus pro subdito admitti potest, ut rectè statuit cum Gail. lib. 1. Obs. 125. n. 1. & seq. & Umm. Diss. ad Proc. 3. tb. 6. n. 34. Dn. Nicol. in Proc. p. 1. c. 7. n. 8. Et Judex ex officio ejusmodi procuratorem sine mandato comparentem rejicere tenetur. Felin. in c. 1. X. de accusat. n. 1. Hillig. ad Donell. lib. 18. c. 12. lit. F. & G. Zang. de except. p. 2. c. 8. n. 17. B. Dn. Carpz. p. 1. Const. 1. def. 26. Concordat Ord. Jucl. Elect. Sax. tit. 7. in verb: Wanns gleich vom Gegentheil nicht gefochten würde &c. Add. Wissenb. ad ff. p. 2. Diss. 29. tb. 28. Quin etiam, licet procurator mandato destitutus admissus & sententia ipsi proficua lata fuerit, ista tamen Domini rati habitione convalidari nequit, cum adversa pars jam quaesitam habeat exceptionem Nullitatis, quæ ipsi non potest eripi per Domini rati habitionem; At contra procuratorem latam sententiam ratam habere Domino est integrum. l. 3. §. 1. ff. rem rat. haber. ibique Gothofr. lit. U. l. 24. C. de Procurat. Perez. ad Cod. tit. de Procurat. n. 13. Zoes. ad ff. eod. tit. n. 17. Wissenb. ad ff. p. 1. Diss. 12. tb. 13 Magn. Dn. Struv. Ex. 7. tb. 27. Contrariam sententiam, quod scilicet, ratificatio Domini habeat locum, quamvis in favorem ejus sententia lata sit, cum Gail. lib. 1. obs. 47. & Hillig. ad Donell. lib. 18. c. 12. lit. Q. amplecti videtur Dn. Brunnem. ad cit. l. 24. C. de Procur.

### Th. III.

Quando verò probabiliter dubitatur, utrum is, qui se gerit pro Procuratore, mandatum habeat, tunc Cautio de Rato ab eo præstanda venit. l. 39. §. 1. ff. de Procur. l. 1. C. eod. Si namque præsumptiones, ex quibus tamen mandatum probari nequit, pro procuratore militant, tunc illum defectum Cautione de rato supplere potest, quia per præsumti-

functiones res dubia fit, ut Cautio de rato locum habeat.  
*d. l. 1. C. de Procur. ibique Dn. Brunnem. Perez. ad Cod. eod. tit. n. 15. Bachov. ad Treutl. vol. 1. Disp. 9. tb. 7. lit. H. Wissenb. cit. loc. tb. 5. § p. 2. Disp. 29. tb. 28.* Sic etiam ad Cautioem rati admittitur Procurator, qui exhibet mandatum mancum & mutilum, vitioque aliquo laborans. *Ord. Jud. Elect. Sax. tit. 7. §.* Da auch etwan ein Mandat mangelhafftig/ und es wolle der Anwald derowegen de rato caviren/ soll er damit/wosern er sein Erbieten alsbald in solchem Termin zu werck richtet / zugelassen werden. *Vid. Zang. de Except. p. 2. c. 8. n. 20. Umm. ad Proc. Disp. 9. tb. 7. n. 30. circ. fin. B. Dn. Carpz. p. 1. Const. 1. def. 29. n. 6. Dn. Nicol. in Proc. p. 1. c. 7. n. 48.* Sed hoc, quod de mandato per cautionem de rato supplendo, jam dictum est, Interpretes restringunt, ut non procedat in mandato ad recipiendam solutionem; Item in causis arduis v. g. matrimonialibus &c. *Vid. Jason. ad d. l. 1. C. de Procur.* Imò generalius dicendum esse putant, non sufficere Cautioem de rato, si causa speciale requirat mandatum. *arg. l. 27. pr. ff. de minor.* *Vid. Rosbach. in Proc. Civ. tit. 14. n. 12. § 13. Hillig. ad Donell. lib. 18. c. 13. lit. M. B. Dn. Carpzov. in Proc. tit. 5. art. 6. n. 67. Dn. Nicol. cit. c. 7. n. 47. Barbof. & Dn. Brunnem. ad cit. l. 1. C. de Procur.*

Th. IV.

Venit autem hic omninò notandum, quod hæc Cautio in persona Procuratoris nomine Actoris intervenientis solùm locum habeat, secundum *l. 31. §. 1. ff. de Procur.* ubi Iustus Ulpianus dicit: Qui alieno nomine agit, id ratum habiturum eum, ad quem ea res pertinet, cavere debet. *Add. Zoel. ad ff. tit. rem rat. hab. n. 2. Dn. Hahn. ad Wesenb. eod. tit. n. 1. Magn. Dn. Struv. Ex. 47. tb. 110.* Rei verò procurator de

F 3

rato



rato regulariter non cavet, quia Reus, cuius vices supplet, non agit sed excipit, & ab alio illatam suscipit actionem. *l. 45. §. fin. ff. de Procur. l. 5. §. fin. l. 6. ff. de novi oper. nunc.* Præstat verò hic Cautionem de iudicato solvendo. Dn. Brunnem. *ad l. fin. C. de Consort. ejusd. lit.* cum nemo litis alienæ idoneus defensor sit absque satisfactione, ubi tamen Dn. Hahn. *ad Wesenb. tit. de Procur. n. 6. in fin.* distinguendum esse putat, utrum reus præsens in iudicio, utrum verò absens sit, ita ut, si præsens sit, ipsemet teneatur satisfacere. *l. un. C. de satisd. nisi immobilia possideat. l. 15. ff. qui satisd. cog.* si absens sit, ulterius distinguit inter actionem in rem & in personam; ita quidem ut in illa procurator Rei utramque Cautionem præstet, tam rati scil. quàm iudicatum solvi. *l. 75. ff. de Procur. cum ibi periculum sit, ne Reus domum reversus agat, aut rem vindicet. l. 40. §. 2. ff. eod.* In actione verò personali saltem præstat Cautionem iudicatum solvi, per superius *alleg. text.* Excipiuntur tamen nonnulli casus, quibus etiam in actione personali procurator Rei de rato cavere tenetur, quos vid. ap. Giph. *ad l. 35. §. fin. ff. de Procur.* Add. Perez. *ad Cod. de Procur. n. 17.* Zœf. *alleg. loc.* Hillig. *ad Donell. lib. 18. c. 13. lit. MM.* Hodie verò pro Reis in iudicio conventis alios, de rato cavere volentes, admittendos esse, ex Ord. Jud. Elect. Sax. *tit. 7. §. Wir lassen aber &c.* deducit B. Dn. Carpz. *in Proc. tit. 5. art. 6. n. 13.*

Th. V.

Porro hic observandum est, quod ex quarundam personarum conjunctione vel mandato, vel saltem Dominum gesta ratificaturum, præsumatur, quapropter & istæ, præstita de rato Cautione, in iudicio admittuntur. *l. 35. ff. de Procur. l. 12. l. 21. C. eod.* ibique Dn. Brunnem. Wissenb.

ad



ad ff. p. 2. Disp. 29. tb. 28. Conjunctio autem illa est vel ex cognatione & affinitate; vel ex conjugio; vel ex accepto beneficio; vel etiam ex causa seu lite communi. *Add. d. l. 35. ff. de Procur.* ubi nonnullæ personæ conjunctæ referuntur. Perez. *ad Cod. cit. loc. n. 16.* (1) Ratione cognationis videmus patrem nomine filii, & filium nomine parentis, quin etiam omnes masculini generis in linea ascendente & descendente admittendos esse. *d. l. 35. Ord. Proc. Jud. Elect. Sax. tit. 7. §. Wir lassen aber gleichwol geschehen &c. Hillig. ad Donell. lib. 18. c. 12. lit. K. Dn. Brunnem. ad l. 12. C. de Procurat. B. Dn. Carpzov. p. 1. Const. 1. def. 29. Magn. Dn. Struv. Ex. 7, tb. 38.*

Th. VI.

Ratione cognationis ulterius sub Cautione rati admittuntur Collaterales. *d. l. 35.* Sed ad quem usque gradum de Jure Civ. expeditum non est, Sichard. *ad l. 12. C. de Procur. n. 6.* & cum eo Nosbach / *in Proc. c. 14. n. 3.* conjunctionem ad decimum usque gradum extendit, de quo tamen meritò dubitat Hillig. *ad Donell. cit. loc.* & B. Dn. Carpzov. *in Proc. tit. 5. art. 6. n. 25.* Non malè cum iisdem quis dixerit, ex transversalibus cognatis de Jure Civ. solos fratres admitti, *per sep. cit. l. 35.* ubi fratrum tantummodo fit mentio, quapropter hoc extra denominatas in jure personas trahendum non est. In foro Saxon. dubium hoc remotum & per constitutionem expressam jus hoc ad alios quoque consanguineos ad tertium usque consanguinitatis gradum inclusive extensum est. *Vid. Ord. Jud. d. tit. 7. §. Wir lassen aber &c. Dn. Nicol. in Proc. p. 1. c. 7. n. 42. Dn. Brunnem. ad l. 21. C. de Procur. circ. fin. Consentiant Statuta Hamburgensia p. 1. tit. 10. art. 1. alleg. ab Hillig. d. c. 18.* Aliàs multi judicis arbitrio, pro more regionum, definiendum

rum relinquunt, quis hodie conjunctus habendus sit. Vid. Joh. Monach. *Pract. Jud. p. 6. c. 4. n. 10. & seq.* Costal. *add. l. 35. de Procur.* Porro ratione Affinitatis sub cautione rati admittitur socer pro genero, & gener pro socero, quod indistinctè procedit, sive affinitas inter prædictas personas adhuc duret, sive morte uxoris dissoluta fuerit, uti contra dissentientes nonnullos defendit B. Dn. Carpz. *cit. art. 6. n. 46. & seq.* Quia etiam post obitum conjugis honoris & affectionis inter generum & socerum ratio habenda est. *Add. Ord. Proc. Judic. Elect. Sax. cit. loc.* B. Dn. Carpz. *p. 1. Const. 1. def. 29.* An verò præter socerum adhuc aliæ personæ ratione affinitatis sub Cautione rati admitti possint, videri potest ap. Hillig. *alleg. lib. 18. c. 12. lit. K.* Magn. Dn. Struv. *Ex. 7. th. 28.* & Dn. Nicol. *in Proc. cit. c. 7. n. 44.*

#### Th. VII.

(2) Propter conjunctionem ex conjugio descendentem maritus, pro uxore in judicio sine mandato comparens, sub Cautione rati admittendus est. *l. 21. C. de procur.* Perez. *ad Cod. ibid. n. 16.* quod Interpretes ad bona receptitia restringunt. Vid. Gail. *lib. 1. Obs. 133. n. 5. & seqq.* Nauchbar / *p. 1. q. 2. n. 42.* Bronchorst. *1. miscell. ass. 27.* Sichard & Dn. Brunnem. *ad l. 21. C. de Procur.* In paraphernalibus siquidem non opus esse satisfactione, ex *l. fin. C. de pact. convent.* constat, multo minus verò in dotalibus mandatum aut cautionem requiri, exinde sufficienter patet, quod maritus illorum sit Dominus, maxime quoad actiones movendas. *l. 9. C. de Rei Vind.* ibique Dn. Brunnem. Vid. Hillig. *ad Donell. lib. 18. c. 12. lit. L.* qui Trentacinq. 2. *Pract. Resol. 5. n. 10.* propter dissensum notat. *Add. Dn. Brunnem. ad d. l. 21. C. de Procur.* Jure Saxonico indistinctè



stinctè absque respectu & differentia bonorum maritus  
in Judicio experiri nequit, nisi vel Cautionem rati præsti-  
terit, vel etiam Curatorium exhibuerit, teste B. Dn. Carpz.  
*in Proc. d. tit. 5. art. 6. n. 31.* Ac licet quoad dispositionem  
Juris Saxonici maritus suæ uxoris Curator legitimus sit.  
*Land N. lib. 1. art. 31. § 45.* Attamen Saxonum moribus  
receptum est, ut maritus, uxoris nomine litem peragen-  
dam suscipiens, non audiatur, nisi vel Curatorium exhi-  
beat vel de rato caveat, non enim Curatela Saxonica, *die*  
*Echeliche Vormundschaft* / jus agendi operatur. Vid. B.  
Dn. Carpz. *p. 1. Const. 1. def. 31.*

Th. VIII.

(3) Ex accepto beneficio Liberti. *l. 35. ff. de Procur.*  
Magn. Dn. Struv. *Ex. 7. th. 28.* & (4) ex causa communi  
Socii & consortes ejusdem litis ad Cautionem rati ad-  
mittuntur. *l. 2. C. de Consort. ejusd. lit.* ibique Dn. Brun-  
nem. *Ord. Jud. Elect. Sax. d. tit. 7. §. Wir lassen aber / &c in*  
*verb: welches auch in Consortibus ejusdem litis stat haben*  
*sohl.* Bn. Dn. Carpz. *d. Const. 1. def. 29.* Magnif. Dn. Struv.  
*cit. loc.* Sunt autem Consortes litis propriè, qui commu-  
nem causam & idem jus habent, i. e. eandem causam a-  
gendi vel se defendendi. B. Dn. Berlich. *p. 1. Concl. 14. n. 45.*  
Dn. Nicol. *d. loc.* Dn. Brunnem. *ad cit. l. 2. C. de Cons. ejusd.*  
*lit.* In genere verò de personis hætenus relatis observan-  
dum venit, quod in quibusdam casibus non admittantur  
absque mandato, etiamsi Cautionem præstare velint,  
quos referunt Jason. *ad l. 12. C. de Procur. n. 9. § 10.* Hillig.  
*ad Donell. lib. 18. c. 12. lit. M. aliique Dd.* Add. Magn. Dn.  
Struv. *laud. Ex. 7. th. 28.* ubi duos sequentes probat (1)  
quando conjuncta persona est pupillus vel minor, & jam  
tutores constitutos habet, vel si major jam alium in illâ

G

causa


causa constituit procuratorem. *arg. l. 40. ff. de Procur.*  
(2) quando causa speciale mandatum requirit. *l. 27. pr. ff. de minor.* Jung. B. Dn. Frantz. *ad ff. tit. de Procur. n. 29.*  
Denique præstationem Cautiois de rato quod attinet, videmus quod semper realiter. B. Dn. Carpz. *in Proc. tit. 5. art. 6. n. 7.* & judicialiter sub obligatione bonorum fieri debeat. Dn. Nicol. *in Proc. p. 1. c. 7. n. 49.* Hinc in iudiciis receptum, ut per Notarium Iudicii ad Acta consignetur & Registratura hujus Cautiois positioni Actoris vel Rei subiciatur hisce verbis atque formalibus:

In termino &c. Hat N. N. wegen seiner Principalen Geschwister &c. Cautioem rati mit Verpfändung Haab und Güther / so viel hierzu von nöthen / in loco Iudicii actu corporali, wie üblich und bräulich / angelobet / &c.

## Conclusio.

Et hæc de speciebus Cautioinum judicialium sufficiant. Effectus earum quisnam sit, subinde monitum est. Ad contraria Cautioinum in primis pertinet Remissio, quæ est vel expressa, vel etiam tacita, exinde inducta, quod quis Cautioem exigere negligat. Hinc si quis exceptionem Cautiois ante Litis Contestationem non opposuerit, postea admitti nequit, cum dilatoria adeoque ante Litis Contestationem opponenda sit. *arg. l. pen. § ult. C. de Except. ibique.* Dn. Brunnem. Magn. Dn. Struv. *Ex 46. tb. 7.* Quapropter in foro Saxonico Cautioem pro Reconvensione & Expensis in limine Iudicii Reus ab Actore petere & præstationem Guarandæ exigere debet, quod si non fecerit, Iudex ex officio Actori has Cautiones injungere nequit, cum jus potius partis concernant; Hocque  
verba

verba in Sententiis aliàs usitatissima, scil. die gesonnene  
Gewähr/ satis innuunt. Vid. Moller. *ad Const. Elect.* 3. p. 1.  
n. 8. B. Dn. Carpzov. p. 1. *Const.* 4. def. 3. Magn. Dn. Richter/  
*Vol.* 2. *Conf.* 203. n. 4. Plura de contrariis Cautionum  
ut adjiciamus, ratio instituti prohibet, cum præter opini-  
onem præsentis pagellæ satis excrevisse videantur. In-  
terim B. L. ut hunc Laborem placida censura dignari velit,  
officiose rogamus, insimulque S. S. Trinitati pro  
assistencia divina grates persolvi-  
mus humillimas.

 *Autio præstari valet apto Pignore, vel quod  
Tutius est, aptis Fidejussoribus; atqui  
Judicio Themidis Wiegnerus sistit utrumq;*  
*Lemmata, qua cautus scripsit, sunt pignus, & omnis,  
Qui legit ista, Fidejussor cupit esse, quid inde  
Augurer? annon hæc sententia pulcra feretur?  
Wiegnerum meritò mox præmia digna sequantur.*

*Boni ominis & honoris ergò f.*

**CHRISTOPH. PHILIPP. Richter/**  
D. Com. P. C. P. P. & Fac. Jurid. Ordinarius.

*Ad Præximum Dn. Respondentem.*

**E**N tantum Specimen docti probat enthea dona  
Ingenii; par vult laudibus esse tuis.

Qui Themidos Musas tanto dignaris honore,  
Dignus honore clues, quem parat ipsa Tibi.

*Benivolentia singularis testanda ergò  
hæc adponere voluit*

**ERNESTUS FRIDERICUS Schröter/**  
D. Antecessor & h. t. Facult. Jurid.  
Decanus.

*Dum*

**D**um Wiegnerē docēs, quid præstita Cautio proſit,  
Quantaque ſufficiat, quave ex ratione petatur,  
Sufficit hocce Tuis; Feliciter omnia cedant,  
Et mox ſacra Themis Tibi præmia conferat ampla.

*Festini, man. amic. ment. scrib.*  
JOHANNES CHRISTOPHORUS Salzner/  
J. U. D. Prof. Publ.

J. J.  
*Clarissimo, mibique Charissimo*  
DN. WIEGNERO,

Feliciter!

**C**onsumsit qui sic Academica tempora, doctō  
Ut cathedram scriptō scandere laude queat,  
Cautē is consumsit sumptūs, & tempora. Et esse  
Te talem, præſens litera cauta docet.  
Hinc animō, calamōque, Tibi congratulor. Insta!  
Jam nectit fertum Magnus Apollo Tibi.

*Paucis lineolis hiſce votum & augurium meum includere,  
in ſimulque debitum affectum reſtari volui, debui*

ADRIANUS Beier / D.

**I**n mare ceu celeri volvuntur flumina curſu,  
Appetit ut Centrum linea quæque ſuum.  
Sic tua Sedulitas ad culmen tendit Honoris,  
Laudo Conatum, proſpera Fata precor!

*Hiſce, Clariffime Dn. Wiegner / LL. Cultor ſtrenue, Fau-  
tor honoratiffime, qui ad exemplum Eruditorum Viro-  
rum mentem tuam componere ſatagis, fortunam rebus  
tuis propitiam & benignam exopto, meique memoriam  
commendo*

HEINRICUS Linck / U. J. D.

F I N I S.





ULB Halle  
004 369 351

3




F.


TA 702

V 17









AUXILIANTE!  
DE  
ONIBUS  
DICIO

24.  
11

ANDIS, 1669, 24.

Bon  
n Vorstand /

missu  
cultatis Juridicæ

a Salana,  
ESIDE  
O Linc / U.J.D.

ore suo honoratissimo,  
litorum Examine  
I HANC PUBLICAM

rio Fctorum  
Anno M. DC. LXIX.  
consuetis  
hibet

gner / Jun. Dresd. Misn.  
Respondens.

N Æ,  
ELIS KREBSII.

